

Conspectus Concertorum.

1. Petersen. Joh. Vilh. Leonum & si defensim, contra Neumamum. Erfurti ab Noch? At 1650.
2. Smiceri Evangelii Confessionis seu triuia Sacra 1678. Eggen. In Musterie von ihm wachten Heiligen & Heilige Sitten. At 1692.
3. Schwenckfeld Sam. Augustus begriff von den gemauerten Schelungen Dictrinoy. At 1686.
4. Lutzeburg entwurfte auf meine Veranlassung angestoltter Universitate und meines Tempelzimmers Armer Vater mit Mutter & Sohn. At 1695.
5. Philippri Jacobi Speneri. Epistola de Obria Joh. B. Meiss. Cursiovia At 1699.
6. Projekte. Wie die Aufführung der Famili. Archenlohe mit einer schönen goldenen Tugende veranstalet. Halle. At 1698.
7. Sardas Christy. Die Särche von der Sonnauerung mit dem Abendmahl. At 1700.
8. Kübeli M. Andr. Novissima Anticipatiois Sac. At 1700.
9. Grind. Rock mit Gold, über ihm war Antwerpenscher Griffo, von At 1692. Zu Harbeck gebor. ex. Inservit Suo Gitter ad Numen, Feuer, Stürmen, Mayern, Schelwintern, Brüder et ad Podium ex. Tran. Mf. At 1700.
10. L. P. P. d. Leibnitzius entworf auf die curios. Tongre ex. Wie lange gegrone am Regen Hoff. Stoff. Sol. ri. nunc nur 6000 Jahr wogen werden. Stanely. ad Moenum.
11. Henr. Mapli. De Generacionum Academicarum de Aprodici. f. Semin. Scien. ne ac Prosternere Scripturararia. Hildes. 1692. auct. q. 1693. parensis de Studi. propheticis.
12. Antonii Pauli De Ecclesiasticali Fundamentis quibus Pontifici velo & vobis meum professionem filii Tridentina. Halle. At 1693.
13. Grind. d. d. & d. c. a. dolentibus conscientiis conscientiis. Halle. Aug. At 1695.
14. Grind. Harmonia. Idei que iustificare cum filio quicunq. iustificare dicitur. Halle. Aug. At 1696.
15. Grind. De autoritate Ecclesie, que Mater est. Lipsia. At 1690.
16. Dreieckanthi. Jöach. In se Lacrymae & obitum & mortuorum Joh. Dreieckhi. Halle. At 1698.
17. Varenii Augusti. Vera missie & Sibicio & Deav & utile. Postrochii. At 1693.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
FRIDERICO AVGVSTO
PRINCIPE REGIO, ATQVE ELECT. SAX.
HEREDE
EXERCITATIONEM ACADEMICAM
MEDICINAE
MENTIS
IOACHIMI LANGII
OPPOSITAM,
GRATIA DIVINA ANNVENTE
IN ILLVSTRI LEVCOREA

M. IO. IACOBÓ FERBERO
PRAESIDE
ARGENTORATensi
SS. THEOL. CAND. ET AMPLISS. ORD.
PHIL. ADVNCTO
AD DIEM XXII. IVN. A. C. MDCCIX.
IN AUDITORIO MAIORI
PVBLICE DEFENDET

WOLFG. CASP. TROPPANNERGER
DRESDENSIS.

WITTEBERGAE Literis IO. MICH. GODERITSCHII.

33.

VIRIS
MAGNIFICIS SVMME RE-
VERENDIS EXCELLENTISSIMIS QVE
DOMINO

HEINRICO
PIPPINGIO

SANCTAE THEOL. DOCTORI LONGE CELEBER-
RIMO, SACRORVM IN AVLA REGIA ELECTORALI
SAXONICA ANTISTITI PRIMARIO, ET CONSILIA-
RIO ECCLESIASTICO GRAVISSIMO

DOMINO
IO. GEORGIO
NEVMANNNO

DOCT. AC PROF. THEOLOGO VITEMB. FAMA ME-
RITISQVE INCLYTO, TEMPLI O. O. SS. PRAEPOSITO
SPECIATISSIMO ET CONSISTORII ECCLES-
ASTICI ASSESSORI GRAVISSIMO

DOMINIS AC PATRONIS MAGNIS
SACRVM

VIRI
SVMME REVERENDI

Non copiose rationes mi-
hi reddendas, existimo,
quod *Magnificis Ve-*
stris Nominibus quales-
cunque has pagellas Academicas
inscribere fuerim ausus. Quem e-
nim in Ecclesiae praefidium etho-
stium terrorem Summus rerum
humanarum Arbitr et Sapientissi-
mus Moderator, ad supremam
nostrorum dignitatem Sacrorum
et eminens fastigium elegit, ac PO-
TENTISSIMVS REX, FRIDERI-

cvs

CVS AVG VSTVS, haud pridem
euexit, ad EVM, ut aliorum exem-
plo gratulandi animo, communi-
que laetitia perfusus, accedam,
sanctamihi religio iniungit. Spe-
ctatorem nuper regi, *Vir Magnifi-
ce, Virtutum Tuarum, et admira-
toremeruditonis summae, qua o-
mnes, qui uel studia literarum in al-
ma hac Saxonum Academia, am-
plificant, uel ab aliorum ore pen-
dent, in iucundissimum stuporem
amoremque TVI rapuisti, cum ni-
hil desiderari potuerit amplius ab
Antistite Primario, quod non ab-
unde abs Te esset praestitum, feli-
citerq; expletum. Et de TVA, quid*

dicam, *Vir Magnifice*, incredibili
Humanitate ac Benignitate qua
non solum uniuersam studiosae iu-
uentutis coronam, sed in primis et-
iam me licet indignum, dignari
non dubitasti. Sane tanta fuit Co-
mitas Tua, ut maior uix sperari ab
ullo potuisse, measq; adeo laudes
facile excedat. Laetetur igitur Pa-
tria, se in *Summo Viro*, PIPPINGIO
suo, cum uenerari posse Antisti-
tem, in quo Veterum Doctorum
gloriam et ornamenta Ecclesiae
Dresdensis splendidissima, uideat
restituta, quorum eminentissimas
dotes ad unam omnes e PIPPINGIO
elucere, uidemus oppido, et admi-

ramur

ramur. Non minori pietate in TV-
VM quoque NOME feror *Magni-
fice Dn. D NEUMANNE*, cuius siue
incomparabilem rerum Diuina-
rum scientiam, siue grandia in uni-
uersum Christi coetum puriorem
merita, siue solennem Humanita-
tem, siue ipsam denique singula-
rem in me propensionem, mente
reuoluam, omnia sane ad declaran-
dam *Magnificentiae Tuae sanctissi-
mae obsequentiae religionem*,
suauiter me impellunt. Laetan-
tur et praedicant exteri tot proe-
lia sacra, in quib, hostes debellasti,
palmamque memoria dignam re-
portasti. Celebrat uniuersa studio-

1778c2

forum

forum Corona TVAM in docendo
dexteritatem, in proponendo fa-
cilitatem, in scribendo soliditatem,
et inferendi iudiciis acumen, qui-
bus omnibus excellentissimis sane,
et *Tanto Theologo* dignis, animi
dotibus, TVAM Magnificentiam e-
minere, ingenticum gaudio intel-
ligimus quotidie et experimur. Et
ita VOS, *Viri Magnifici*, in immor-
talis gloriae splendore uiuitis, se-
ramque posteritatem in dignissi-
mam uirtutum Vestiarum trahetis
admirationem, quas ut mihi quo-
que balbutienti licet ore, celeban-
das concedatis, quantis possum
precibus, *Viri summe Reuerendi*,


oro atque contendō. Quod su-
perest, Deum immortalem preci-
bus ardētissimis obtestor, ut Vos
Viri Magnifici quam diutissime
seruet, ut VESTRO sub Optimo
Praefidio et fideli sapientique cu-
ra purior Religio uigeat, Fanatici
omnes profligentur, Coetusque
DEI solatium inconcussum per-
stet.

VESTRORVM MAGNORVM NOMINVM

Dabam e Museo D. XX.
Iun. A. C. MDCCIX.

Aeternus admirator et obseruantis
fimus Cultor

WOLFG. CASP. TROPPANNEGER.



PRAEFATIO

AD

LECTOREM.

Venadmodum uniuersum Philosophiae studium duabus partibus, uidelicet cognitione *Veri* & *actione Boni*, absolvitur, ita pro utraque fortiter standum est propugnandumque. Decet enim cupidos scientiae cultores non solum in ipsius naturam summa cum industria inquirere, et ad rectae rationis iudicium reuocare cuncta tam diu, donec difficultates sint superatae, et ueritatis palma obtenta non minus, quam libere circa securi sentientium, uel dicta, uel scripta, asserta, sed etiam contra infensissimos eius hostes Veritatem pretiosissimam acerrime defendere unicuius incumbit, odium licet pariat, saepe certamina excitat magna. Hoc animo pariter ac mente constitui tecum, cum Typographus

A

graphus praefationem a me expeteret amice , Disputationibus aliquot Philosophicis , a B.D.ZENTGRAVIO olim in Illustri Leucorea hac habitis, praemittendam, sub examen reuocare publicum *Dn. Joachimi Langii* dogmata, tam in *Medicina mentis*, quam in *Praefatione Germanica*, quae de *exauditione Rei scholasticae* inscribitur, proposita, quibus hinc inde crassius modo, modo subtilius errauit. Nota quidem mihi Viri huius est affectuum uehementia, notusque feruor nimius, quo in aduersarios fertur suos, quique Christianum amorem longe excedit, cuius tamen tam strenuos Pietistae, illorumque patroni se iactant propugnatores, ut proinde et idem periculum metuere potuisset mens mea, eoque deterreri facile a praesenti instituto ; Verum malui fidelissimos meos imitari Praeceptores, quam tacere, quibus iucunda omnino res fuit, et adhuc est, ob ueritatem defensam incurre in censuram peruersaque iudicia illorum, quos contradicendi spiritus uexat, et praeconceptae regunt opiniones. Et cum sibi *Dn Langius* licentiam sumat sinistre iudicandi de Theologis Argentoratenibus, neque mihi uitio uertet, si eius scripta ad ueritatis normam paucis examinauero, et, quae cum illa pugnant, refutauero. Miror autem uehementer, Ministrum Verbi Diuini, et Religioni Evangelicae addictum, probare posse impias Fanaticorum quondam Argentoratensium docendis rationes, quas B. D. ZENTGRAVII *Relatio Historica contra Societatem Philadelphicam* fistit. Miror eclipsin iudicii non mediocrem sane, sed summam, statuere, et libere confiteri orthodoxo ciui meo, Argentoratenses Theologos luculentiori testimonio impietatem suam prodere non potuisse, quam scripto illo, quod contra Pietistas diuulgauunt, cum eiusmodi contineat epistolas, quae succi Theologici Zeliq; sacri plena sunt, et non tam laudem, quam admirationem, merentur. Non licet in praesenti assertum hoc falsissimum copiose refellere, cum fori Philosophici Theologica, non faciam, neque habeat mihi

ms. A.

ut & p. d. eis u. & o. v. id tamen agam, ut Dr. Langis con-
scientiae sim resticturus, num sequentes loquendi modi cura
Scriptura et Theologia sana, conspirent. Mich deucht immer,
wann wir nicht so viel Malzeichen der Hure und des Thiers an-
genommen haben, und noch annehmen, als zum exemplum das schmier-
ren und ordiniren, das Eydschweren auf die verkehrten Menschheit-
Satzungen der LL. Symbol. welches eine gewaltige Stütze Babels
ist. Das Tauffen und Abendmahl halten, welches Sacramente
des Antichristi sindt, das Loeſen und Binden im Nahmen Christi,
davon wir doch keinen Befehl von Christo haben. pag. 59. et 60.
cit. lib. Item pag. 63. Arnold hat schon in die 12 Jahr freg gestan-
den von allen eufern Dingen, und hat erst lernen sterben, und die
der Stille mit dem Oebl gefalbet zu werden; wie ich dann glaubed
daß er schon etwas von der Salbung empfangen, welches aber an-
dere noch nicht haben, ob sie schon ein Anhäuchen empfangen. pag.
65. Meine Theure Schwestern grüße mir zärtlich in dem Herren,
meine Seele ist estliche mahl in großer Gemeinschaft und inziger
Liebe bey ihr gewesen, sie wird es wohl in ihrem Geift empfunden
haben. Pag. 122. Zu nehrerer Versiegung unserer geheimen Freund-
schaft, werden dir hiermit z unsrerer Gesang-Büchlein übersendet -
- ich habe es in mir recht gefühlet, daß du Erquickung daraus
haben würdest. Pag. 126. die Kirche besuche ich nach meiner Frey-
heit selten, und ihr Altar gehet mich nichts an - - - O laſſet uns
unableßlich vor dem Thron des Vaters ringen und anhalten im
Geift um das heilige Salb-Oebl, auff daß wir nicht mehr nöthig
haben von anderen gelehret zu werden, sondern von der innern
digen Salbung in allem Unterweisung nehmen moegen, Pag. 149.
O wie viel hat der fleischliche Sinn schon betrogen, insonderheit
die Lehrer, indem sie sich eingebildet, weil sie das rechte Wort Gos-
tes und Sacramenta hatten, sie würden ja nicht fehlen, das sie un-
terdeßen doch nur den toden Buchſtaben, der vor sich wohl zu abr.

aber keinen seelig machen kan. Pag. 164. Bruder, ich soll auch ein Feuer
anzünden, o wie gern mache ich, daß solches auch schon brennete (o
schaendlicher Pietistischer Mordbrenner!) Ach wie sauer wird
es meinem Geist ankommen, wann ich wieder unter solche schreck-
liche Traditiones mich soll stecken lassen, sonderlich scheue ich den
Greuel der so genannten Ordination. Von ihrem Altar und Kir-
chen wære auch viel zu reden. Du und der liebe Eckerlin werden
den thun in diesem Fall, was euch die Salbung lehret. Alß wir
kommen ich zu einem Monath, wann es hoch kommt, einmal in die
Kirch, weiß nicht, ob mich noch einnabl ihres Altars bedienen
werde. Pag. 166. Ich wolle Gott wohl heiliglich verebren, daß
er mich dem Aufzlegen der mit Blut besleckten Hände so wunderlich
hat entgeben lassen. Et pag. 186. Der freye ungebundene
Liebes-Geist Jesu unsers getreuen Immamuels, müsse sich ganz in
deine Seele ein senken, in welcher glünder Liebes-Flamme ich
dich zu verbrennen mit mir übergebe. Ut ceteras, monstro-
fas sane, et ex spiritu fanatico profectas, phrases loquendi-
que formulas taceam, a quibus pia mens et ueritatis Diui-
nae studio dicata abhorret. Injuriam igitur Theologis Ar-
gentoratensibus partim ~~in hinc aperte~~, partim adhuc uiuis
fecisse Langium, si ingenue dixero, nil contra ueritatem di-
xero. Sed reseruabo mihi hoc ipsum ulterius probandum,
in aliud tempus, potius institutum meum, ad ipsius *Auctoris*,
quem refutandum mihi sumpsi, *Medicinam Mensis et Praefac-
tionem Germanicam*, Grammaticae praemissam, me uocat. Cum
uero me oporteat esse breuem in conscribenda hac praefac-
tione, quam loco exercitii Academicici prius sustendam esse
duxii, non licebit omnes notare errores, illosque copiose re-
futare, sed praecipios tantum, quibus iniurias fuit in Veri-
tatem rectaeque rationis sensum. Deus immortalis, ac
praepotens mentem manumque regat, et *Cuncta ex animi
uoto*

uoto euenire iubeat, in sanctissimi Nominis sui gloriam, et
discentium emolumentum.

I.

Vltum animi indicem esse, commune proverbiū
habet, et parua tabula integras regiones, latissime pa-
tentēs, repraesentat, hominumque oculis submittit.
Non errauerim ego, si *Dn. Langii Praefationem, Me-
dicinae mentis* praemissam, compendium dixerim breuissi-
mum, ex quo, ueluti facie, de genio ipsius et dogmatibus, in
Medicina mentis assertis, iudicari possit. Sistit sane illa Au-
ctorem talēm, qui in Deum pariter, atque Praeceptores, iniurius
est ingratuusque. Cum enim Dei bonitas sit ingens, erūmen-
sa Eius in nos mortales Euigenas clementia, quod pro do-
cenda adstruendaque Doctrinæ puritate Doctores fece-
rit aptos, donisque instruxerit sanctis, qui in Academis do-
ctissimis praelectionibus commentationibus, Disputationibus
Iuuentutem instituerent Academicam, et orthodoxiam far-
tam ac tectam conseruarent, impium omnino est, insigne
hocce beneficium pia memorique mente non reuoluere se-
cum, illisque, qui in laudes, praestiti huius a Deo boni, pro-
rumpunt debitas, sanum denegare iudicium. *uid. Praef. Med.
ment. §. 1.* Et, si ad fundamentum uocum querularum de
exulcerato et deplorando Ecclesiae statu respiciam, haud a-
liud ex §. 1. et 2. apparet, quam, quod Ecclesia nostra non
sit fanatica, et Pietisni ueneno infecta. Non enim aliis pe-
simum Pietistarum genus contra Christi prioremque Ec-
clesiam insurgere nouit uerbis, quam his ipsis, quibus Auctor
§. 2. usus est. Ausim tamen ego ore ingenio dicere non so-
lum, sed etiam dicta probare, hodiernum Ecclesiae statum
insigniter florentem esse felicemque, addita quidem restri-
ctione

ctione hac, si ad hostes ueritatis coelestis infensos, Pietistas
puto, respiciamus, quos praeliis sacris demictos quotidie li-
demus debellatosque, ut floris instar caduci marcescere in-
cipiant. Quod uero ad quaestionem attinet, de rei litera-
riae statu, §. 1. motam, *utrum florens, an exultans, hodie sit*
dicendus? Miror sane, *Auctore* ⁿ negandi arripere partes,
et eiusmodi sententiam suam probare rationibus, quibus par-
tim nulla ineſt probandi uis, partim ueritas contradicit. Non
dicam nunc, nec operose demonstrabo, statum rei literariae
hodie florentissimum esse, nec uel apud nos, uel gentes ex-
ternas, decrementum fuisse passum, utpote pro cuius incre-
mento, indies maiori, experientia pugnat, sed de argumen-
tis, §. 2. allatis, modo dispiciam, cuius sint ularoris. Certe in
mea Logica non concludere licet a particulari ad uniuersale:
Scribuntur a nonnullis libri male, ergo desinit seculum hoc
esse florentissimum, respectu habito ad eos, qui in conficiendis
libris elegantem utilioremque praefliterunt operam. Cum
libris multiplicatur stultitia, Ergo cum omnibus, ut desinat
orbis eruditus florere amplius. Existimarem potius, lumen
maius obscurare minus, et iuxta Logicorum regulam, ini-
us positionem non inferre statim alterius negationem. Prae-
terea etiam cum rectae rationis iudicio, ipsaque adeo uerit-
ate, pugnat, Dialecticae, Rhetoricae et Metaphysicae oppo-
sitam esse sapientiam. Si enim *Divinam* intelligat *Auctor*,
male ex subordinatis, et quae simul stare possunt, facit op-
posita, nec ullus Theologus citra conscientiae morsus agere
posset Philosophum. Si uero *humana* intendat, non video,
quomodo sine contradictionis uitio asseri hoc queat, nisi
forte Auctor Dialecticam, Rhetoricam et Metaphysicam no-
stram ad regnum stultitiae et tenebrarum relegatam cupi-
at; sed caret illud in praesenti capite et principe. *Quaeren-*
dus

dus igitur talis est, cuius et facultas iudicandi tenebricosa, et
mens a uera sapientia aliena, ut simili simili associetur.

II.

Inquirimus autem in causas, quae odium in Academi-
as et excitant, et promouent, apud *Auctorem*, eas sequentes
potissimum esse, §. 2. *praelectionis* nos edocet, quando hunc
maxime in modum differit. Namque tristis docentur experien-
tia, Scholas, Ecclesias seminaria uulgo esse errorum officinas, Acade-
mias uulgo corruptissimas, *praelectiones* quam saepissime spinosas,
commentationes macras, disputationes perplexas, quibus omnibus
Doctores illi Majorebici Veritatem Evangelicam non tam en-
clement, ornent atque conseruent, quam dilacerent, corrumpant.
Haec, prob dolor! reuera se ita habent, et si, quae Dei est gratia,
non ubique et ex toto, sed plurimis in locis et maxima ex parte.
Si unam alteramue, imprimit Pietismo fauentem, nominasset
Academiam *Auctor*, nil haberem, quod reponerem, sed quod
plurimae Academias recensitis labore uitiis, splendidum
est mendacium. Nominet, si posse, *Auctor* Academias i-
stas plurimas, quarum adeo miseranda facies est. Certe flo-
rent apud nos et in uicinis Academias bonae literae, neque
exiguus est illorum numerus, qui partes Doctorum, litera-
torumque Virorum sincere ac fideliter explore student, quam
uis eruditus orbis nec sis careat hominibus, qui non recto-
res ductoresque Iuuentutis studiosae, sed potius seductores
sunt, illamque monstrofis hypothesibus fanaticisque errori-
us obruunt, ut, quid credere sentireue debeant, plane ac
ene ignorent. Haec proh dolor! reuera se ita habent,
iisdem, quibus *Auctor*, uerbis utar, sed maiori iure ac ue-
nis testimonio adductis, quae tristia hodierna, in quae nos
nisi reservauit tempora, probant aequa, ac confirmant.

Mirum

Mirum autem omnino non est, in Scholas pariter et Academias nostras uehem entius, quam par est, inuehi *autorem*, quandoquidem suos imitatur fratres, quibus nihil prius, nihilque antiquius est, quam odio persequi Academias, in primis istas, quae Pietists male se opponunt, illorumque fraudes detegunt, et manifestant. Neque alia mens e VVeigelianis, Rosencrucianis et Quackeris, relucet. Constat enim, quanto furore feratur erga Scholas furia Tschopenfis Germanica, VVeigelius; Ulterius inquit, *dico, uniuersum statutum Ecclesiasticum cum omnibus suis scholis in N. T de maledicta arbore esse, in qua debinc bonus fructus non crescit, neque unquam crescere potest.* Increpet te Deus Sathan! Causam uero si quis nosse cupiat ueram, cur tantis conuicis Academias Scholasque uexent Fanatici, certe haud alia esse uidetur, quam haec, quod eiusmodi Pseudoprophetae Veritatis testimonium pati non possint, quo sinceri Doctores instructi, ipsis tam in docendo, quam disputando, resistere, illosque in ruborem dare totos, norunt ac intelligunt. Et huc omnino spectant B. Dn. D. ZENTGRAVII, Praeceptoris ac Hospitis quandam mei, post fata etiam colendi, uerba, quibus in Oratione quadam solenni Theologica, anno 1703, mense Maio habita, uetus fuit, et sic concepta leguntur. *Augetur hoc odium Fanaticorum erga Academias, uel exinde etiam, quod, piorum Doctorum Professorumque vigilanti cura artes suas Fanaticas detegi, fraudes et imposturas soli exponi, larvam Pietatis fallacis detrabi, et pios, ut spiritus bos sollicite probent, ne decipientur, graueriter moneri, sciant.* Cuius rei specimen insigne ante aliquot annos Argentoratenes Theologi ediderunt, palamque a fanaticis hostibus suis, memoria dignam, reportarunt.

III.

Insuper et erga Praeceptores suos ingratissimi hominis

nis notam incurrere Auctorem, ex §. 3. Praefationis abunde
constat, quando, sub cura illorum deceptum se esse, clamat,
aetatemque suam in eiusmodi Magistros in scholis celeber-
rimis incidisse dicit, qui pro ueritate errores, et pro sapientia do-
ctam ac fucatam stultitiam, tradiderunt, et per multorum annos
moram, ineptaeque methodi anfractus et ambages, ingenia
duxerunt. Haec et alia num pia mens exprefseri uerba, be-
neuoli Lectoris iudicio relinquo. Id certe a me, impetrare
non possum, ut fidem *Auctori* adhibeam, inter tot Magi-
stros in Scholis celeberrimis ne unum quidem fuisse inuen-
tum, qui officio suo fideliter esset functus. Si de uno alte-
roue tantum querulae mouerentur ab *Auctore* uoces (absi-
que tamen conuiciis) ueluti res ueritati consona admitti pos-
set, at omnes in scholis Praeceptores officii sui sinceraeque
institutionis fuisse immemores, mihi nunquam, nec ulli aliis,
ueritatis amanti, persuadebit *Auctor*. Interest sane Reipu-
blicae bene constitutae, ut scholarum cura habeatur, et eius-
modi illae ornentur uiris, qui maximo cum fructu lu-
uentuti studiose prodesse queant, cum tales simus futuri
cives, quales in primis nostris fuimus annis instituti, cuius sco-
pi rationem sine dubio etiam habuerunt iustam Scholarum,
quibus interfuit *Auctor*, Patroni et Amplificatores, nisi forte,
titulis hisce indignos fuisse illos censeat. Nec putauerim, cele-
berrimas posse dici Scholas illas, quibus Praeceptores non nisi
coeci praefunt, et inter coecos luscus regnat. Summam igitur
Bearis et optime meritis Praeceptoribus suis iniuriam facit
Auctor, testibus etiam iis, qui eadem qua *Auctor*, opera fi-
deli Praeceptorum sunt fruiti in scholis, et quos hodieque
felici cum successu instruere alios uidemus et laetamur. Sae-
pe quidem oleum operamque perdunt Praeceptores, neque
eum, ob prauam discipulorum dispositionem, affequuntur

B

finem

finem, quem sibi habuere praefixum. Quis uero imprudens culpae Magistrorum ascribet, cum discipuli uel ex malitia, uel ex pigritia, contra uoluntatem superiorum peccant? Sed quem, quae ex nobis harum querelarum causa, ab Auctore impie motarum, latere potest, cum nota sit huius generis hominum indoles? Certe, si ex numero Pietistarum fuissent Praeceptores Auctoris, qui Philosophiam habuissent odio sanam, uiaque ea peruersa docendi alios incessanter, qua hodie plurimi, nescio, quo spiritu tracti, incedunt, non sufficerent illa elogia, quibus alios, Pietistarum sectae potissimum ascriptos, praeter omne meritum exornat. Dignus proinde censendus est Auctor, qui contra uoluntatem suam Aristotelicus uocetur, cum didicerit ab ipso fideliter, pro labore, mercedis loco, ingratam reponere mentem.

IV.

Non uero hi soli sunt, qui iniustissimam Auctoris censuram incurunt, sed eadema quoque dignum censet Aristotalem, cuius infensissimum hostem se passim sistit. Ut ex multis locis afferamus unum uel alterum, ita §. 8. praefat. differit: *Obstupui, cum mibi innotescerent Philosophorum per omnes aerates ineptiae, in primis Aristotelis atque Aristotelicorum.* Et in Medicina mentis, pag. 563. §. 17. de Aristotelicis Logisticis tale iudicium fert. *Quid enim sibi nullum Systema Logisticum, ueritatis nexu ac usu ita coherens, ut scopas dissipatae. Certe pleraque non minus fere sunt absurdæ, et a sapientia remota, quam aegrotomania, tam plana, ut uia salebrosa, tamque peruvia et expedita, ut perplexissimum spinetum.* Si quid uero sanie ueritatem habet, id aut superuacaneorum mole obruitur, aut tam euidenter est homini, quam sua sibi naturæ unusquisque conscius est. Apparet, uel ex hisce uerbis, odium non solum in Philosophum

sum-

sumnum, sed etiam iniuria impudens, qua ipsius afficit sectatores, ex praecedente §. 16. colligitur, quando illos Pseudophilosophos vocat, qui ab ipsa sapientia longissime absunt, ac uelementer abhorrent. Sed non attendit Veritatis studiosus eiusmodi mendacia atq; calumnias, neque pudet ipsum, talem sequi Magistrum in iis, quae cum ueritate amice conspirant. Dicere non sufficit, sed asserta probare Auctori incumbit, si veri disputationis obtinere cupiat nomen. Multa videntur absurdus scripta; sed absurdis hominibus, quorum mens praconcepitis opinionibus laborat misere, ut sanum ferre iudicium nequeat. Non ego quidem in praesenti Aristotelis in me suscipiam patrocinium, neque scripta ipsius ab erroribus pluribus pronunciabo libera, sed, debitis illum nequaquam defraudandum esse laudibus, arbitror, quas stupenda ipsi conciliavit eruditio, quae ex organo in primis Librisque Ethicis ad Nicomachum scriptis, abunde eluet; Neque ideo, quod a uero aliquando aberrauerit Philosophus, refutandus est totus, et ad regnum ineptiarum alegandus, cum unusqu isque humani quid patiatur, et mala mixta sint bonis, ut uel ipsa Auctoris Medicina mentis luculenter demonstrat. Causas uero, si quis nosse cupiat, cur Aristotelis Philosophia Auctori non arrideat, illarum sane praecipua est, si ex nero iudicandum sit, quod hypothesibus ipsius erroneis non faueat, quandoquidem mauult Platonizare cum fratribus suis, quam ad casta rectius sentientium accedere. Nec mirum est, cum apud eruditos omnes in confessu sit, ad fouendos errores Fanaticos Philosophiam Platonicam longe esse aptissimam, illisque quam maxime inferuire. Ut ira non sine ratione non nemo contra hodiernos Fanaticos iisdem, quibus et Joannes Schomerus aduersus Petrum Carolum, conquestus fuerit uerbis: Occisionem luculentam his malis praebuit Philosophorum nimis Plato-

Platonizantium curiosa subtilitas, qui Euangelistarum et Apostolorum scripta, neglecta Hebraici sermonis proprietate ad Graecae linguae usum interpretari superstitione conati ex Iohanne Platonem, ex Paulo Philosophum fecerunt. Quam in rem conferri mereatur Clariss. Dn. IANI nostri Dissertatio erudita de Trinitate Platonica, sub Praesidio Magnisci, Dn. D. NEVMANNI anno superiori habita.

V.

Non minus pro destruenda Philosophia Aristotelica et illud argumenti loco ab aduersariis afferri solet, quod Gentilis fuerit, et a uera fide alienus. Verum omnia nigrum mereri theta, et securibus esse recidenda, quae in Gentilium Philosophorum scriptis reperiuntur, sententia a uero alienissima est. Auctor sane in illorum numero haberi debet, qui nescio, quibus excoecati affectibus quaque caligine obducti, infantem cum fardibus efficiunt, nec affirmare erubescunt, falsa, absurdia et perplexa omnia esse, quae ab Aristotele proponuntur, eiusque proinde scripta prorsus esse fugienda. Alter iudicant aequi Philosophiae Peripateticae censores, et qui oculis minime ad liuorem contortis eam peragrauerunt. Quemadmodum enim doña Dea in Ethniciis quoque conspicua fuerunt, doctrinaeque methodum illi tradiderunt accuratam, et sobrie non raro sunt locuti, ita non video, quo iure studiosa iuuentus arceri debeat a lectione Gentilium Scriptorum. Separandum est a stercore aurum, et ab argento scoriae, illaque, quae bene dicta, in nostrum trahenda sunt usum. Non quis, sed quid dixerit, attendendum est, cum uerum falsumque non a subiecto dependeat, sed ab obiecto ac re ipsa. Et iuuat omnino, ut cum doctissimo I.C.DVRARIO loquar, atque etiam gloriosum est, in haec quoque castra nonnunquam diuerti, non ut transfigras

gas, sed ut exploratores. (Seneca Epist. 2. ad Lucil. pag. 272.)
et manubias ac spolia hostibus ipsis erupta, non tholis quidem et ady-
tis, sed postibus tamen ac liminis Ecclesiae affigere.

VI.

Neque aliud unquam Veneranda Patrum corona docu-
it, audiamus ex multis unum, Augustinum, Patrem omnium
seculorum memoria dignissimum lib. 2. de Doctr. Christ. cap.
40. hunc maxime in medium loquentem. Philosophi, qui uo-
cantur, si qua forte uera, et fidei nostrae accommoda dixerunt, non
solum formidanda non sunt, sed ab iis etiam, tanquam iniusti pos-
sessoribus, in usum nostrum uendicanda. Sicut enim AEgyptii non
solum idola habebant et opera grauias, quae populus Israel detesta-
retur, et fugeret, sed etiam uasa atque ornamenta de auro et ar-
gento, et uestes, quae ille populus exiens de AEgypto fibopotius, tan-
quam in usum meliorem clanculo vindicauit, non auctoritate pro-
pria, sed praecepto Dei, ipsis AEgyptii nescientes commodantis bus
or, quibus non bene utebantur. Sic doctrinae omnes Gentilium non
solum simulata et superstitione figura, grauesque sarcinas, super-
vacane labores habent, quae unusquisque nostrum, Duce Christo, de-
Societate Gentilium exiens, debet abominari atque deuitare, sed
etiam liberales disciplinas, usui ueritatis aptiores, et quedam mo-
rum praecepta, utilissima continent, deque ipso uno Deo colendo non
nulla uera inueniuntur apudeos, quodeorum tanquam aurum et
argentum, quod non ipsis instituerunt, sed de quibusdam quasi metal-
lis Divinae Prudentiae, quae ubique in fula est, eruerunt, et quo-
peruise atque iniuriose ad obsequia Daemonum abutuntur, cum
ab eorum misera Societate se se animo separat, debet ab iis auferre
Christianus, ad usum iustum praeendi Euangeli. Hoc grauif-
sum pii Patris est monitum, cui etiam Viri, omniscientia-
rum genere excellentes, subscribere non dubitant. Utanimum
hinc subeat mirari, afferi id ab auctore, quod Veritati Vi-

rorumque magnorum testimonio e diametro repugnat.

VII.

Ne uero *Auctori* obliuicere quis possit, ac si in Sapientiae studio conficiendaque sua *Medi in a mente* se solum audiuisse, sibique, non uero aliorum iudicio, quid fuerit uisum, protulisset, mentionem facit Viri aliquiis, et suo quidem iudicio, summi et meritissimi. Is autem est *Petrus Poiretus*, quem in *Medi in a mente* pag. 562. §. 15. praeclarum Theologum atque Philosophum nominat, cuius scripta in consilium adhibuit, et magnopere sibi gratulatus est, cum in illa incideret olim. Liceat mihi, dum haec scribo, in memoriam reuocare Theologi Excellentissimi et Hospitis mei exoptatissimi, Dn. D. NEVMANNI, uerba, quibus non semel, sed iterum ac saepius, ad mensam, cum de Fanaticis illorumque Patronis utilissimi miscerentur sermones, usus est. *Nefis*, quo facta similes duca-
tur *ad similem*. Non dicam nunc, quis erit qualis fuerit *Poiretus*, et quos in scriptis ipsius deprehendantur errores, non solum cum Verbo Dei, sed fana etiam Philosophia crasse pugnantes, cum illos eruditissime pro more suo notarint, Magnificus Dn. D. IAEGERVS, Cancellarius et Theologus Tübingensis summus, in examen Theolog. nouae Poireti, itemque Magnificus Dn. D. NEVMANNVS, Vir de Ecclesia Christi immortali cum laude promeritus, in *Poiretissimo Fanatico* sed illud modo asseram, *Auctorem* male fecutum esse *Poiretum*, eiusque principia et asserta, ueritati licet impudentissime contradicentia. Fuisse *Poiretum* Philosophum subtilissimum, ne-
mo negat, neque ego debitum ipsum defraudatum cupio laudi-
bus, maiores tamen orbis eruditus ipsi debuisset, si pestilen-
tissimos eiusmodi errores non souisset, ob quos sane commen-
dari nequit studiosae iuuentuti, quae iudicio plerunque desti-

tuitur exercitato , nec bonum a malo, erronem a uero,
accurate discernere nouit. Quam in rem omnino conferri
meretur Celeberrimus Vir et Theologus paeclare meritus,
D.I.D.LOESCHERVS, qui pag. 411. der u. s. b. uldigen Nachricht
u ad ann. 1704. ita differit. *Vt in am Poireto non omnia si fire
tribueret!* (Langius) quem paeclarum Theologum pag. 562. Med.
m. at. vocat. At uero hunc Scriptorem periculisissimas opiniones
propalasse, in aprico est: quare, et sibona quedam ab eo mutuo
suscitate sapienti licet, et, et tamen eiusdem fuerit, maxime, quando
ducem alii eundem dare uoluit, errores eius, ne alii paejudicio
sint, indicasse saltem, quando aliorum hallucinationes omni in-
dustria exagerantur.

VIII.

Sed ne cum coecis congregedi uidear, ordine incedendum est
iusto, discipiendumque primo omnium de eo, quid Auctor
de Logica nostra iudicet, quam ipsi lubet vulgarem appellare,
quae iuxta Med. ment. pag. 568. §. 28. communis fere est omnium
Auctorum, quotquot iam inde a tempore Aristotelis Logicam scri-
psierunt, imo et emendarunt. Si Langii Medicinam mentis, et
Praefationem Germanicam Grammaticae praemissam, uel obi-
ter percurramus, luculenter ex ea unicuius apparebit, Au-
ctorem Logicam ad regnum stultitiae atque nugarum relegare, cu-
ius proprium est ineptire, et tricas nectere. Logicos uero esse ho-
mines morosos, plerumque mente corruptissimos, paeiudiciis, et
inde propullantibus erroribus plenos, scientiis solidis vacuos, et, se
ad arduas consultationes acres agendas acceſſerint, plane ineptos,
ridiculos, absurdos, tamque confusos, ut nec se ipsos satis intelli-
gant, nec ab aliis facile intelligantur. uid. Med. ment. pag. 569. §. 28.
Non examinabo in praesenti, num sanum de nostratis Lo-
gicis Auctor ferre possit iudicium, de quo tamen, si ingenue
dicam,

dicam, quid sentiam, valde dubito, cum tot praeconceptis
opinionibus eius mens laboret, et tanto in ueritatem iste se-
ratur odio, ut ipsius insinuui iudicium obtenebratum exinde
misereque dispositum esse, unusquisque recte colligat. Illud
autem ad impudentia *Langii* uerba, peruersumque ipsius ge-
nium quadrare, existimo, quod de absurdis huiusmodi Artis
osoribus Theologus pariter ac Philosophus consummatissi-
mus, B. Dn. D. DANHAVERVS, dicere solitus est. *Stolidi ho-*
minis *indictum* *est*, *in Virorum sapientum dicta inuehi et asserta*,
siuasque ineptias pro sapientia uenditare uera. Et quis, quaefo,
recte sentientium non miretur magnam parui *Langii* temeri-
tatem ac impudentiam, qua ipsos etiam barbaros superat,
quando tot tantosque Philosophos, qui a tempore Aristotelis
ad nostrum usque uixerunt, atro notare calculo non erubescit.
O miserum uero rectorem, et omnino etiam infelicem futu-
rum, si ineptis plurimis, quibus *Medicina mentis* scatet, DAN-
HAVERVS, MEISNERVS, CALOVVS, SCHERZE-
RVS, SCHMIDIVS, MARTINI, aliquie Philosophi quon-
dam acutissimi, quibus post mortem beatam insultat *Philoso-*
phus *vere Barbarus*, respondere deberent, quamuis et illud facile
crederem, quod a Viris istis summis aequae, a chodie a Nostra-
tibus Theologis, minime dignus fuisset habitus ipse *Langius*,
cuius apertis calumniis crassisque naendaciis opponerent se-
se, erroresque ipsius stupendos refutarent. Verba au-
tem ipsa si perpendamus, quibus nostrates depictedos uoluit
Logicos Auctor, certe illa ipsius potius indoli conuenire, ui-
uisque eum delineare coloribus, nihil dubitamus. Obiicit Lo-
giciis nostris morositatem. Quis morosior *Langio*, uel iuxta i-
psum discipulorum, ueritatis testimonium, quod contra
Praeceptorem enuaciant? *Mente plerumque corruptissimos illos*
esse, ait. Sed quam pulchre *Langii Medicina mentis* ostendit,
mente

tesana, illum fuisse destitutum, cum eam conficeret, quaeque iustiori titulo dici mereretur *Medicina contra sanam mentem*, vor welcher uns behüte lieber Herre Gott. Praejudiciis eos suocat plenos: quibus certe sepultus quasi in ecstasi iacet *Langius*. Insuper, ipsos scientias solidis esse vacuos, putat. Si ego *Langii* essem discipulus, iure omni exclamationem, O bone Deus! quam caecus est Praeceptor meus. Quid quae so solidi in *Langii* scriptis reperitur, in primisque in *Medicina Mentis*, cuius partes facit quartuor potissimum, quas tot numero uitia excipiunt, et quasi e uestigio sequuntur, uidelicet:

Mens ingratia, superba, calumnia, denique fraudes.

Porro, ad duas consultaciones ac res agendas Logicos plane inceplos, ridiculos, absurdos, et confusos esse, dicit. O ineptum, ridiculum, absurdum et confusum Rectoris iudicium! quo se eruditio orbi, ueluti Virum sensibus prorsus spoliatum, sifit, qui neque uidit Logicos, nihilominus tamen Iurisprudentiae notitia ornatos, et rerum gerendarum usu dexterrimos, neque de iis aliquid unquam audiuit. Certe ita, dum alias ex suo genio Auctor aestimat, semet ipsum prodit, et imprudentiae conuincit. Sed, Turpe est Rectori, cum culpa redarguit ipsum.

IX.

Quernadmodum autem ineptissime de Logicis in concreto iudicat Auctor, ita non minus absurde ac prorsus peruerse in abstracto de Logicae utilitate differit. Verba in praefatione Germanica, Grammaticae praemissa, pag. 21. §. 15. ita se habent. Was die gemeine Logicam betrifft, fraget es sich billig, ob dieselbe von dem Werth sey, daß man damit wochentlich in Schulen eine oder wohl gar zwey Stunden zuzubringen habe. Ist sie eine so nützliche und nötige Disciplin, wie man vorgiebet,

Wo ist denn der herrliche Nutzen, den man daher verheisst? Welcher Landes-Fürst, welcher Geheimbder Rath und Cantzler, welcher von den übrigen klügsten Politicis, welcher hoher Kriegs-General, so eine Armee von vieltoo commandiret, welcher Physicus, Mathematicus und Mechanicus, welcher Aduocatus fürnebmer Kaufmanns und Wechsler, gebraucht doch die Zeit seines Lebens die gemeine Logican - - - Ich bin gut darvor, daß wohl ein ganzes Se-
culum hingeben, ehe in einem Königlichen und Geheimbden Rath, daraus Land und Leuth regieret werden, ein einziger formaler Syllogismus gemacht werde. Gebe ich weiter, und se-
be auff kluge Oeconomos, Haus-Veter und Handwercker, auff Bür-
ger und Bauren, so finde ich, daß sie allesamt ohne die gekünstelte Logic zurecht kommen. Vix credere possum, uoluisse Auto-
rem rectae rationis modo, si quis adhuc ipsi superfuit, uti. Nam quis unquam ex Philosophis nostris atibus docuit,
fatigandos esse Principes, Duces belli, Consiliarios, Mercato-
res, praecipiti Logicis. Quis, queso, nostrum asseruit, Oecono-
mos, opifices et rusticos, instituendos esse in Logica, et
hanc ipsis quam maxime inseruire? Constat semper apud
omnes fuit sententia, diffundere Logicam usum suum tam
in uniuersas Philosophiae partes, quam in singulas Facultates
superiores. Quae nunc consequentia est, Logica Philoso-
pho, Medico Iurisconsulto et Theologo utilis est, et necessaria,
Ergo etiam Principi, Duci belli, Mercatori, Oecono-
mo, Opifici et Rustico. Docete, queso, pueri in Gymnasio, Prae-
ceptorem Vestrum meliorem formare consequentiam, et
demonstrate ipsis uitiosum colligendi modum per instanti-
am: Princeps, Dux belli, Mercator, non indiget Hebraicae
Graecaeque linguae notitia, Ergo nec Theologus ea indiger.
Item, D. Spenerus scripsit librum, von der Heroldts-Kunst.
Ergo etiam pro rusticis scripsit. Quae confusio
sum-

summa obiectorum, diuersorum licet, et mira philosophandi
ratio? Quod uero ad exemplum Physici, Mathematici, Me-
chanici et Aduocati, attinet, ac si omnes hi sine Logica arti-
ficiali esse possint, existimem ego, dici hoc citra ueritatis iactu-
ram minime posse. Pugnandum sane et his est cum ad-
uerariis et eruditis saepius, et ad fraudes fallendumque com-
positis. Quomodo autem felici cum successu pugnabunt si-
ne instrumentis ad pugnam necessariis? Qualem reporta-
bunt uictoriam, cum armis destituantur, uel saltem haud ex-
ercitati ad certamen accedant.

X

Instat porro *Auctor*, et eadem in thesi pag. 2. *Praef*
Germ. ad obiectionem, ex proprio cerebello inuentam, re-
spondet. Verba haec sunt: Sprichst du, sie koennen doch gleich-
zwohl auff keinen formalen syllogismum oder Sophisma recht ant-
worten? So frage ich einen so genannten Logicum, wer ihn
beisse auff Stelzen zu geben, da er sich seiner gefunden Füsse zu
einem natürlichen Gange bedienenkan? Wer ihn beisse gleich-
sam Rotb- und Kauderwelsch reden, wenn andere Leuthe eine Sa-
che natürlich, deutlich und schlecht bin, aussprechen? Und ob man
einem solchen, nach seiner Thorheit zu antworten, oder nicht viel-
mehr so lange zu verlachen habe, bißser rede, wie andere vernünff-
tige Menschen. De obiectione ipsa, ut *primo* aliquid notetur,
operae pretium esse duco. Videlicet intelligit *Auctor* per illos,
qui formaliter ad sophisma et syllogismum respondere non
possunt, omnes in genere, quorum mentio thesi praecedente
facta est. Jam uero, quam absurde obiectio haec ab *Au-*
ctore sit formata, ostendam clare. Nam quis ex nostratis
bus Logicis eo prolapsus est erroris, ut, ab opifice uel rusti-
co formaliter ad sophisma et syllogismum sibi responderi,

petierit? Quis ex Pastoribus id unquam exegit a suis auditoribus. Frustra igitur *Auctor* objectionem hanc finxit, et, quia finxit, etiam ficta est, et ad regnum non entium figurorumque releganda. Eiusdem quoque ularis similia ita duo sunt, quibus contra nos impudenter utitur *Auctor*, quae pessime non solum sunt applicata, sed etiam si considerentur accurate, contra ipsum *Langium* pugnant. Quem enim fugit, ob aquarum inundationem uel alia incommoda eiusmodi instrumenta utilia quandoque et necessaria esse, notitiamque sermonis corrupti multos faepius a uita periculo liberasse, qui in prauum genus hominum inciderunt forte in uia, corrupta utentium lingua. Sic quis adeo controversiarum tam ueterum, quam recentiorum, imperitus est, quem lateat, certandum Theologis pariter, ac Philosophis, esse cum Sophistis callidisque aduersariis, in primis in illis locis, ubi diversae reperiuntur religiones. Quis uero liberum se putabit futurum a periculo, nisi illam calleat Artem, et eiusmodi sit instructus subsidiis, quibus non sibi modo in ueritate indaganda inquirendaque consulere, sed etiam aduersariorum ictibus animose resistere, ualeat. Sed ex *Autoris* sententia cum talibus minime pugnandum est, quod iterum imprudenter ab ipso dictum fuisse, uel ex eo constat, quod idoneus Ecclesiae et Academiae Doctor is demum nominandus sit, qui didicit aduersario suo os obturare, et non folium uera docere, sed etiam falsa refellere. Denique *Autori* quoque incumbit probare, Logicos nostros non ut rationales loqui homines. Certe aut *Barbarus Langius* ignorat, quid sit ratiocinari, aut crasse mentitur, quamuis utrumque facile concessero. Liceat uero mihi, ad conuincendam *Autoris* opinionem, probationis loco sistere Logicam B. Dn. D. DAN-HAVERI; quae sane Lectorem aequum, qui pro scopo ha-

bet ueritatem, non uero nugas et quisquilias, quibus tanto-
pere *Langius* delectatur, sufficienter instruit, docetque, quo-
modo sua non solum debeat ratiocinia formare, sed aliorum
etiam differendi rationes ad ueritatis normam examinare,
ne decipiatur facile, suisque aduersariis cedere cogatur.

XII.

Nón minus etiam ad Doctores et Professores publi-
cos, qui uulgari hac utuntur Logica, *Auctor* in eadem thesi
15. pag. 23. prouocat, et in haec uerba prorumpit: *Wer ist*
denn nun übrig, der sich der gekünfteten Logic mit Recht bedie-
ne! *Du sprichst, die Lehrer auff Vniuersitaeten, zum Theil auch*
in übrigen Schulen. Dass mandie Disciplin bey der Disputir-Kunst
gleichsam zur hoechsten Staffel der Vollkommenheit [oder vielmehr
Thorheit] gebracht habe, oder zu bringen suche, zweiss ich vrohl.
Ob aber dardurch des Menschen blinde Vernunft und verkehrter
Sinn nicht noch mehr verblandet, und zerrüttet, die VVarbeit
nicht mehr verloren, als erforschet oder gefunden Werde, lehret
die Erfahrung. Et pag. seq. Und hieraus erkennet man zugleich
*den Nutzen der gemeinen Logic in VViderlegung der Aduersari-
orum. Man fange es nur an, nach der leeren Kunst mit ihnen*
zu disputiren, so wird gewiss die VVarbeit zum Gespoette, oder
*auch zum unaufföderlichen Zanckappel Werden. Lutherus ge-
brauchte vider das Papsthum keine Syllogismus-Kunst, sondern*
*die Kraft des Worts und Beweisung des Geistes Gottes, und zer-
rieb damit alle nodos Gordios und syllogisticos. Video ad qua-*
*tuor potissimum falsa respondendum mihi esse, quae in alle-
gatis *Autoris* uerbis continentur. Quod ad primum attinet,*
nescio, quo iure, in Doctores Logicos, tam in Scholis, quam
Academiis, studiosam iuuentutem erudientes, inuehatur, quod
*Artem disputandi, quae, secundum corruptum *Langii*, Philo-*
sophi

sophi *ναὶ ἐξαντί* Barbari, iudicium, disciplina rixarum est, ex-
erceant, perfectioremque iudicis efficere nitantur. Nam in-
sipientium more iudicat, utam per artem hanc sterii ad de-
mentiam et meras lites. Quis, quae fo, dementior altero est,
Logicus ne, an uero ille, qui notitia eius carat? Crediderim
ego, Logicos superare dementes, facilique opera euertere *Lang-*
gii ratiocinia inepta. Neque a Sophistae titulo liberare is se
potest, quando artem disputandi nobilissimam, cum discipli-
na rixarum commutat, siquidem fallacis Philosophi est, ar-
gumentari ab eo, quod per accidens et abusus aliquando
fit, quasi per se illud fieret, nec alium Logica intenderet sco-
pum, nisi hunc, cum tamen ad eruendam cognoscendamq;
ueritatem instrumentum sit aptissimum, et hunc in finem a
plerisque adhibeat. Hinc secundo etiam falsissimum est,
hominis rationem caecam efficere Dialeticam caeciorem,
illamque obessa potius ueritati, quam ei prodeesse, experien-
tia teste. Liceat et mihi ad testimonium experientiae, et ad
tot numero studiosorum iuuenium fidem, prouocare, an ua-
lidum sit *Auctor*is assertum, et cum ueritate conspiret. Cer-
te, quotquot illorum sunt, modo Pietatis sua non dederint
nomina, habebo facile negatiue sententiae testes, qui haud
alia calcarunt uestigia, quam quibus insistebant uereres, ea-
dem Logica ad dissipandas mentis tenebras, inuestigandamq;
ueri cognitionem, feliciter utentes. Et ita ultro corruit, quod
tertio de uulgari Logica differit *Langius*, eam, tanquam ar-
tem inanem, ad confutandos Aduersarios minime esse uti-
lem. Si per exempla ire in praesenti uacaret, ostendere
possem facile contrarium, *Auctoremque conuincere commis-
si falsi et mendacii.* Sufficiat allegasse unum uel alterum.
Sic in controuersia ista Flaciana, utrum peccatum originis
sit substantia, an uero accidens? recte ex Logicis contra i-
psum

psum distinctio fuit formata inter accidentis praedicabile, et
praedicamentale. Similiter de arguento hoc (*omnes elec-*
tati sunt vocati, Pauci sunt electi, Ergo pauci sunt vocati) recte iu-
dicat Logicus, uitiosum id esse in forma, cum in prima figura
minor non debat esse negativa. Pari modo et istum
Syllogismum (*Communio panis est commendata a Christo, Com-*
muniio sub una est communio panis, Ergo communio sub una est com-
mendata a Christo) sub examen retocat Logicus, eiusque fal-
situdinem per appositionem signorum quantitatis demonstrat,
docetque, minorem, uniuersaliter intellectam, esse falsam. Ut
plura alia raseam exempla argumentorum; quibus aduersa-
rii contra nos insurgere solent, ad quae sane feliciter respon-
debit nemo, nisi Logica calleat praecepta, illaque in subsidi-
um uocet. Postremo autem, quod de B. LVTHERO nostro
afflerit *Langius*, ita ueritati repugnat, ut contrarium ipsi ad
oculum ostendi poscit. Adeat, cui uolupte est concessumque,
Bibliothecam Virembergensem publicam, er reperiet inter
alia Megalandri monumenta insignem librum Theologicum
M S., in quo non solum argumenta B. Viro opposita;
sed etiam ipsius responsiones, formaliter aduersis ea adhi-
bitas, continentur. Coniunxit itaque, ut bonum Theologum
Polemicum decet, Verbum Dei cum arte syllogistica, quae
minime inter se pugnant, quin potius ad conuincendos ho-
stes felicissimo cum successu stare simul possunt.

XII.

Postremo eadem in thesi illud adhuc restat exami-
nandum, an Logica siue ipsa potius Philosophia Aristotelica,
eo praecipue fine sit addiscenda, ut dementiae con-
uinci possint Aristotelici? *Auctor affirmatiuam defendit sen-*
tentiam his uerbis: VVeil ein Theil der sogenannten Gelehrten

AUS

ans der Logica oder fast überhaupt aus der Aristotelischen Philosophia, eine neue Kunst-Sprach gemacht hat, so hat man sich solche einiger maßen bekannt zu machen, um die Philosophos zu verstehen, fürneblich aber um ihre Thorheit zu erkennen, und nach Gelegenheit sie davon zu überzeugen. Tantum est Auctoris in Philosophiam Peripateticam odium, ut uerbis exprimi id uix possit. Sed ridendus merito est *Langius*, cum illud non aliunde, quam praeconceptis ex opinionibus et malitia animi, ortum ducat suum, quae uitia a uere solideque eruditis, quibus in ferendis iudicis habetur fides, aliena sunt. Mirum proinde non est, quod sic inique pro more suo instruat discipulos suos, ac si omnia in scriptis Aristotelicis dementiae sint plena. Contrarium unicuius apparebit uel ex superficiaria illorum lectione, ubi non raro aequus lector et a praeiudiciis liber, Philosophum deprehenderet solide et erudite differentem, quamuis et eundem erroribus fuisse obnoxium, ingenue dixerit. Si uero fatendum sit, quod res est, et comparatio instituenda inter *Organon* Aristotelis et *Langii Medicinam* uel potius *aegritudinem mentis*, hanc multo pluribus scatere erroribus, et, in enunciando ueritatis testimonio quoad res rationis superari ab Aristotele *Langium*, et a Praeceptore ingratissimum discipulum, nullum omnino est dubium. Frustra igitur prouocat pag. seq. 25. ad talem disciplinam instrumentalem, quae uitiosum hominis intellectum a consuetis praeiudiciis liberet, et ad inuestigandum uerum inquirendasque scientias habilem illum reddat, si per eam suam *mentis Medicinam* intelligat, cuius, proh dolor! facies longe alia est, quaeque hisce omnino requisitis caret, quia potius praestantissimas scientias euertit, et ueritati ex summa malitia obicem ponit, quae sane uitia a nostris Logicis quam maxime sunt aliena.

XIII.

XIII.

Examinatis ita breuiter iis, quae in *Præfatione Germanica* contra ueritatem de Logica differuit *Auctor*, ad ipsius *Medi-
cina mentis* nunc transire libet; et, quid in ea pertuerie do-
ceat de Logica, paucis quoque examinabo. Disputat autem
p. 564. §. 19. de Doctrina Syllogistica, an adminiculum inuesti-
gandae ueritatis dici possit, et quae situm hoc absurde negat,
partim thesi citata, partim seq. §. 22. et §. 31. caeco impetu ductus,
haec subiungit uerba: *Et, quod rei caput est, Logica vulgaris
non tantum nihil prodest ad ueri inuestigationem, sed etiam, sibi
relicta, eidem admodum obstat.* Mentis enim tenebras ac prauia-
tatem, nequit, quibus expundiis incrusat et exornat, et inuenimus
animos reddiri arrogantes, garrulos, contentiosos, indociles, perita-
naces, neque ita ad ueram eruditio[n]em et sapientiam plane ineptos.
Hic sibi rursus non constitisse *Langium*, et deliquium ratio-
nis ipsum fuisse passum, in aprico est. Consentunt omnes
eruditi in hoc, quod, sicut omnium disciplinarum certus da-
tur finis, ita et ipsa Logica cognitionem ueritatis tanquam fi-
nem suum respiciat, ob quem digna haberi debeat, quae ad-
discatur. Solus uero *Langius* id negatum it, et probationis
loco calumnias et mendacia pro more suo affert. Tan-
tum uero abest, ut haec ueritati obesse queant, ut potius
accuratissimi Philosophi constanter aequa ac uera assérant,
Logicam ueritatis cognitionem pro scopo habere, non qui-
dem *in actu signato*, qui considerationis Metaphysicae est, quae
in genere agit de Veritate, et exponit, quid Veritas sit, et in
quo consistat; neque *in actu exercito*, quando in specie ex-
plicatur, quid sit in hac uel illa quaestione uerum, ac omni-
um disciplinarum est: sed *in actu directuo*, prout Logica
dirigit intellectum nostrum in cognitione ueritatis, et subdi-
dia suppeditat, quando nos docet res definire, distinguere,

D

de

de iis argumentari, eas ordine per inuentos artis terminos
ac praecpta disponere. Quae omnia sane ad inuestigandam
cognoscendamque orationis ueritatem, et discernendam
falsam a uera, maximum addunt momentum, et teste B. Du.
D. DANHAVERO, in cuius Nomen nunquam non persan-
cta feror religione, in *Epitom. Dial.* pag. 2. ad eum modum se-
habent, quo filium Ariadnaeum Theseo, aut hodie statua Mercuria-
lis uiatori index est discrevius uerae uiae a falsa et captiosa. Me-
rae igitur nugae sunt, quas, Sophistarum more, pro ueritate
diuenditat *Langius*, quando, Logicam mentis tenebras exor-
nare, fallaci ore enunciat, cum tamen ad dissipandas illas in-
strumentum sit aptissimum, et uitiumquemque feliciter iu-
uet, qui modo ea uti bene nouerit. Neque sine crimen falsi
asserri potest ab *Auctore*, reddere Logicam Iuueniam animos ar-
regantes, garrulos, contentiosos, indociles atque pertinaces. Vel
enim discipulo quartae classis notum est, male concludi a
particulari ad uniuersale, ita, ut non V. C. apud *Langium* di-
scipulum olim Logica hunc habuit effectum, Ergo apud ce-
teros omnes. Et licet hic, et iste, et ille *Langius*, sit Fanaticus,
et in Theologia barbarus, non tamen omnis *Langius*
eiusdem farinae homo est, Noui enim *Langium* Virum pro-
bum et orthodoxum. Irao, quod per accidens aliquando,
sit, et ex uitio subiecti, inepte ipsi Logicae per se tribuitur
siquidem uitia artificum non sunt imputanda ipsi arti.

XIV.

Similiter, quod de *Loci Topicis* *Auctor* fert iudicium,
prorsus iejunum est. Ita enim in *Med. ment.* pag. 567. §. 25. lo-
quitur. *In primis ridiculi sunt Logici Loci suis Topicis.* Certe, qui
bomini iam uidenti, eunti aut edenti, uidendi, eundi aut edendi le-
ges praescriberet, non impoaret magis, quam Logici suis canonibus
Logicos

Logicus. Qui spiritus *Langum* regat , diuidicatu haud difficile esse, puto. Malicioſus is est , et ueritati infensissimus, qui ea impudenter eloqui non erubescit, quae fanae rationi quam maxime repugnant. Testimonium huius rei luculentum uerba ipsius, modo allata, ad oculum demonstrant. Quem enim uel Theologum, uel Iurisconsultum, uel Medicum, uel Philosophum, fugit, doctrinam de Locis Topicis utilissimam esse, et prorsus insignem, ita ut omnium eruditorum consensu illa non tam laudari, quam singulis studiosis commendari, mereatur. Quod ipsum pererudit, pro more suo, ostendit B.Dn. D. HARTSCHIMIDIVS, Hospes quondam meus ac Praeceptor fidelissimus, in peculiari disputatione de *su Locorum Topicorum*, Resp. *Dn. VVintero*, quem usum exemplis, e singulis Facultatibus depromptis, insigniter comprobauit. Et sane res ipsa loquitur, ipsaque experientia pro egregio Doctrinae Topicae usu fortissime pugnat, cum unusquisque, cognitione Locorum Topicorum probe imbutus, facilime non solum promptissimeque de re proposita iudicium ferre, de illa argumentari, falsas sententias refellere, et ad illas expedite responderet possit, sed etiam problemata varia apte disponere, differere eleganter, et argumentata tam in partem affirmatiuam quam negatiuam, afferre notuit. Quae certe omnia maxime utilia sunt, ut debita hinc non sit defraudandus laude Aristoteles, quod hanc ipsam Doctrinae Topicae utilitatem lib. I. cap. I. *Top.* publice sit profefsus. E recentioribus Philosophis usum Doctrinae Topicae amplissime patentem, paucis, sed ponderosis uerbis, non nemo ita propoſuit. Prodest illa primo τετραγωνοι ad exercitationem, &c. ad dispunctiones, secundo προς επιτελεις ad congressus, sine cure Viris doctis, sine cum populo in conuersatione quotidiana. Tertio denique προς ταξικα τη φιλοσοφια εισιθηται ad disciplinas Philosophicas

Abicat. Iuuabit unum uel alterum aferre exemplum, quo usus eius appareat manifeste, et contra aduersarios firmissime probetur.

XV.

Maxime uero cernitur in *Theologia*, ut accuratus Theologus hodie sine Locorum Topicorum cognitione esse haud possit. Et quidem, quod ad *Nominales* attinet, qui ab ipsis desumuntur Nominibus, nosse omnino interest, quid de isto loco sit habendum, ex quo deducitur argumentum ab *homonymia*: uidelicet, cui tale nomen homonymon competit, ei non illico rem nomine notatam conuenire, afferendum est. Sic Pietista quidem dicitur a pietate, male uero concludetur, ergo pius est. Item Christus uocatur Leo de tribu Iuda, sed non sequitur, ergo est animal rugiens, ut proinde consequentia firma ex loco hoc deducinon possit. De *Notatione nominis*, quae nihil aliud est, quam interpretatio uocis ex origine, parimodo constat, quod ab illa quandoque concluder liceat, tam affirmatiue, quam negatiue, sed non semper. Si notatio nominis facta sit *divinitus*, ualeat argumentum ab ea desumptum. Ita Christo nomen IESVS datum est, quia populum suum facit saluum. Recete igitur concludo: *Quicunque* populum suum faciet saluum, *is* est Iesus. Atqui Christus populum suum faciet saluum, Ergo est Iesus. Si uero notatio nominis facta sit *humanitus*, firmiter exinde concludi non semper potest. Sicon procedit, hic homo uocatur Fridericus, ergo est pacificus, cum pacis inimicissimus esse possit. Non minus locus a *Metalepsi* petitus, examinandus probe est: Dicitur autem metalepsis, quando uox clarior substituitur pro obscura. Sic ueteres Philosophi adhibebant uocabulum intelligentiarum, an illae moueant orbem coelestem: quod recentiores per Angelos exponunt, quia *Synonymum*

num eius audit. Iam quae vocabula idem significant, illa eandem quoque habere consequentiam, firmiter colligitur.
1675 Diuinus est aeternus, ergo etiam Filius Dei aeternus est. Haec et alia sane Theologo scitu necessaria sunt, ne in concludendo a uero aberret, ac uitiose unum ex altero deducat.

XVI.

Non minus etiam Loci Topic*i* reales Theologum feliciter iuuant, et in Sacrum Studium insignem suum usum uberrime diffundunt. Probant hoc ipsam canones, e causis petit*er*, a similibus, a circumstantiis, a comparatis, ab opposit*is*, a testimonio, qui ubiuis in Theologorum scriptis occurruunt, et exemplis sacris illustrantur. Ita inter Nos et Pontificios agitur controversia, rectene instituatur *oppositio* hunc in modum: Mala opera damnant, ergo bona opera iustificant. Affirmant illi, nos uero, in doctrina oppositorum melius instructi, negamus, cum bona consequentia ita sit instituenda, mala opera damnant, ergo bona opera non damnant. Desimilibus alias quaeritur, utrum illa aliquid probent, an uero illustrant tantum? Topicus distinguit inter similia diuina atque humana, et de illis assert recte, quod utrumque, et probare et illustrare, ipsis conueniat. De *Fine* disputatur, an ab ipsius negatione recte concludatur ad negationem mediorum? Et respondeatur affirmando. Hinc Nostratus Theologi contra Pontificios colligunt, baptizandas non esse campanas, quia de illis Baptismi negatur finis. Et cum tale sit medium, qualis est finis, recte B. Dn. D. DANHAVER VS in *Epitom. Dial.* pag. 49. insert, Scripturam Sacram esse perfectam, quia finis eius est, perfectum reddere hominem Dei. Sic exposito circumstantiis omnibus, in V.T. predictis, in N. exhibitis, Messiam uenisse, contendunt Theologi, et firmissime contra huiusmodi.

die w probant. conf. Idem pag. 51. Taceo nunc usum, quem
et for nandis concionibus Topicis habent loci, qui certe com-
muni eruditorum iudicio et auerant illas, et exhortant. Ve-
proinde merum ueritatis odium, quo Auctoris animus est ple-
nus, uerba contra Locos Topicos suprà allata spirent. Ita,
dum alios, qui praestantem hanc necessariamque doctrinam
excolunt, ridiculos reputat secum, ipse totus deridendus est,
dignusque habendus, qui publice refutetur, suarumque in-
ptiarum conuincatur.

XVII.

Porro, quam ineptos Logicos faciat Logica, exemplo il-
lustrare conatur *Barbarus Langius* pag. 571. Med. ment. S. 32. Ec-
ce, inquit, tibi sagacissimum quandam Virum, magnique Nomi-
nis Theologum et Philosopherum, qui in appendice Dialecticae, seu Ho-
rologia sua, pag. 2, inter alia in laudem Logicae et Metaphysicae hoc ha-
bet: *Accipit ante aliquot annos uniuersus probe mundus Europeus*
*zaluesca dñi xpoviw. pro auro et argento cuprum, ualore simile, simi-
le effigie externa. Non autem accipiet, non siuprasset in sibi iri,*
*si in rebus arte factis (qualia eß moneta) differentiam non arcifor-
ma, sed materia peti (non ffe e.g. ligneam ferram proprietas fer-
ram, sit licet ad ideam ferrae facta) aduersisset. Quibus uerbis,
S. 33. subiungit Langius: Perpende quaeſo, utrum hoc iudicium
magno Philosopho si dignum: pro nummis aureis aut argenteis cu-
prum fuisse acceptum ex ignorata differentiae natura. Anne hac tra-
zione ex hominibus faciunt non homines Logici, et sibi solis hominum
nomen uindicant, sed eo ipso sani homines esse desinunt. Auctor
hic, quem sibi refurandum sumpsit Rector sine notitia recti, est
Philosopherus acutissimus et omnium eruditorum iudicio ma-
gnus, B. Dn. D. DANHAVERVS, cuius Nomen tacuit, quia
nouerat *Langius*, se non esse dignum, qui tanti Nomen Viri
in ore gerat. Sed de re ipsa ut dispiciam, quaerere libet
ex ipso*

ipso Veritatis hoste, quid mali tandem et errorei fuerit locutus.
B. DR. D. DANHAVERVS: Certe unusquisque, qui legit uerba eius, et intelligit, plane nil contra ueritatem Virum summum fuisse locutum, facile deprehendet. Nam certissimo certus est, quod in rebus artefactis, uero monitis, si de illarum iusto ualore iudicandum sit, non unice ad formam externam respici debeat, sed ipsa quoque materia sub examen sit reuocanda, an uera dici mereatur, et conuenientiam essentiae debitam habeat. Ita nummus cupreus formam externam nummi aurei representat quidem, exinde tamen minime discordum est, eundem cum illo habere ualorem ob diuersam materiam, quae omnino aduerti debet, et, nisi id facerent aurifabri, indies deciperentur. Perpende igitur ipse, mi *Rector*, utrum iudicium hoc B. DANHAVERO non sit dignum, pro nummis aureis aut argenteis cuprum fuisse acceptum, exigitorata differentiae natura, quae inter aurum et argentum intercedit, si hoc non uis credere, delirare perge, manebit interim B. DR. D. DANHAVERVS bonus sanusque Logicus,
Auctor uero Medicinae mentis ineptus Philosopher.

XVIII.

Quanti Nostrates Logicos faciat *Auctor*, ex iis, quae hactenus dicta sunt, facile constare poterit, et sufficere etiam possunt ad conuincendam Viri huius impudentiam, qua uix datur maior. Nunc ad ipsius Logicam progredi lubet, quam pag. 663. *Med. ment.* ita inscribit: *Appendix pars posterior de superuacuis, continens doctrinam Syllogisticam.* Concedit ergo ipse, hanc suam Logicam talem esse librum, quo mundus eruditus optime carere potuisset, cui opinioni subscribo libens, etutinam tota *Medicina mentis* luci publicae nunquam fuisse data, nec studiosa Iuuentus duceretur
ab *Is*

ab his, qui illam publice in scholis docent ac probant. Superuacuam (*unnütz, überflüssig, vergelens*) uero uniuersam doctrinam syllogisticam esse, in primis nostratum Philosophorum, uti Auctor putat, non subtile, sed crassum est mendacium. Iuuat hic in memoriam reuocare ea uerba, quibus Augustinus, clarissimum Ecclesiae Lumen, et aetate ac eruditio ne proxim⁹ Hieronymo contra suos aduersarios usus est. Cum enim ab Episcopis Do[n]atistis et Cresconio (*ut ex 1. libro aduersus bunc uidere est*) reprehenderetur, quod dialectice disputaret; atque ea propter fugiendus, non refellendus dicereatur, respondit Cresconio lib. 1. cap. 13. Sed Tu uidelicet Dialectica non ueris, quum contra nos scribis. Ut quid te ergo in tantum disputandi periculum eonieisci, quum disputare non noneris? aut, si nosti, cur Dialecticus Dialecticam criminari? ita uel temerarius, uel ingratus, ut aut imperitiam, qua uinceris, non refrrens, aut doctrinam, qua iuuaris, accuses. Quae sane in Autorem Medicinae mentis optime quadrant, qui odio in Dialecticam fertur tanto, ut Donatistas infensissimos Dialecticae hostes superet. Verum enim uero, cum Doctrina Christiana artem hanc formidat nūquām, sicut nec eam in Stoicis formidauit Apostolus Actor. XVII. v. 18. quos secum uolentes conserre non respuit; merito illa contra ridiculos eiusmodi contemptores defenditur ac pro uirili propugnatur, in primis, cum, ad illustrationem uerae religio[n]is eam utiliter accommodari posse, certum sit perspectumque. Quare id agam in praesenti, ut ex Libris nostris Symbolicis, paucis licet, demonstrem, quantus sit Dialecticæ usus, et quam longe a ueritatis tramite recedat Langius, quando doctrinam Syllogisticam, ipsamque Dialecticam, inutilēm uocare superuacaneamque non erubescit.

XIX.

Exercitatiſſimus in Theologia Polemica Doctor, alterque
Hieronymus, B. Dn. D. DANHAVERVS, in Theologia Conſen-
tiaria pag. 403. ad Verbum Dei recte intelligendum et defen-
dendum in Doctore etiam requirit *Dialecticam*. Hanc igi-
tur ex Symbolicis Libris breuiter sum traditurus, eiusque
uſum inſignem contra *Langium* demonstraturus. Faciam
autem id uerbis iisdem, quibus in diſputatione quadam an-
te annum habita, *Respondente Dr. Augusto Gilberto*, Fautore
meo peramando, fui uſis, quo ueluti in compendio exhibe-
antur ea, quae ad praefens institutum quam maxime perti-
nere uideuntur, et studioſiae iuuentuti, hoc studiorum genus
excoleti, noſſe intereſt. Miratur quidem Apologia pag.
135. nouam illam *Dialecticam*, qua, audito uocabulo mercedis,
excludatur Christus et Fides, quod *avancat* 90. esse ostendit.
Et pag. 222. Lecrorem iubet attendere *Dialecticam et artifi-*
cium ratiocinandi ex Scripturis, prorsus quicquid libet, cuius
Dialecticae queſtiones a controuersiis Theologicis abeſſe no-
luit pag. 53. Verum hanc tradere animus non eſt, sed fa-
nam illam, iuxta cuius regulas et Auguſtinus peccatum ori-
ginis *accidens* eſſe dixit, et fine illa haereseos ſuſpicione ita
locuti ſunt uiri docti, iuſquam a B. Megalandro aliisue re-
prehensi, teste *Form. Concord* pag. 652. Quemadmodum uero
nomine uſi ſunt antiqui Doctores, ita et rem ipsam non im-
probarunt, unde intelligere licet, quanti uſis ſit, noſſe, quid
per *concretum* intelligatur? ut B. Lutherum dicentem, totam
ſubſtantiam eſſe peccatum, nec Manichaeiſmi, nec Flacianiſimi
infimules, qui iuxta *Form. Concord.* pag. 651. complexus u-
na *ſubiectum*, in quo peccatum infixum haeret, non ipsum
peccatum, ſed eius *ſubiectum ſubſtantiam* appellauit. *Abſtraci-*
et concreti terminos in propositionibus personalibus necessa-

rio retineri in Scholiseruditorum, non solum fassa est Form. Concord. pag. 837. sed et Santos ueteres et purioris Ecclesiae Patres per uocabula ~~abstracta~~ de hoc Mysterio loqui, probauit pag. 849.

XX.

Cum bona opera a quibusdam dicerentur non esse necessaria, sed libera, Form. Concord. pag. 699. notauit, hanc controuersiam ex *acquiuocatione* uocabulorum originem traxisse, quod quis facile intellexerit, dicens: Initio hanc controuersiam ex eo motu, quod *necessarium* et *liberum* multis tribuatur diuerso modo, ut aliis res ipsa, aliis solum nomen sit. In graui illa quaestione, quid sit sacrificium, quam maxime necessarium iudicauit Apologia pag. 253. constituere genus Sacramenti et Sacrificii, quod utrique secundum naturam ex aequo competeteret, unde uocauit ceremoniam uel opus sacram, sacramentum quidem, quo nobis Deus, sacrificium uero, quo nos Deo aliquid offerimus. Intellectu facilima sunt *Dialecticae* gnaro, quibus ueram humanitatem Christi Form. Concord. pag. 648. et 871. exprefsit, docens cum Paulo Hebr. II. Christum eandem naturam (excepto peccato) eiusdem generis speciei et substantiae, cuius est nostra assumptio. Ex Logica enim arte constat, humanam Christi naturam eiusdem generis et speciei esse, ideo, quod sit et animal rationale, ubi homo animalis species per rationale distinguitur ab aliis, quemadmodum Petrus et Paulus distinguuntur a brutis. E Scholasticorum tricis de Iustificatione haud facile quisquam se extricabit, lecturus in Form. Concord. pag. 62. actus uoluntatis ante *habitum* gratiae et iustitiae, et post illum, eiusdem speciei esse, nisi qui nouerit, quid species potest Philosophis? quid *habitus* gratiae Scholasticis soleat significare.

significare? Ut porro occurtere quis possit eorum obiectioni, qui pag. 603. Form. Concord. proprietates humanae naturae in Christo substantiali corporis et sanguinis Christi praesentiae in S. Coena opponunt, necesse est, sciat, quid proprietas, quid proprium dicatur? et hoc non egredi suum subiectum, iuxta eandem pag. 709. per separationem et transfusionem, attamen communicationem factam esse propter unionem in Christo personalem.

XXI.

Praedicationis etiam ex Praedicabilibus instituta, docet nos, cur inusitatæ sint in scholis Dialecticorum propositiones et prædicaciones, hoc est corpus meum, Form. Concord. pag. 736. Deus est homo, homo est Deus, iuxta eandem p. 772. eo, quod non sequantur modum Porphyrianum in Praedicabilibus definitum, qui ex naturalibus rebus dicendi occasionem et originem sumpsit. Si audiatetur transubstantiationis, sine cognitione substantiae nemo eam intelliget, et sane Augustinus ipse ob nullam aliam causam hunc in modum scripsit, omnis substantia, quatenus est substantia, aut Deus ipse est, aut opus et creatura Dei, quam, ut hac regula euertere voluerit haeresin Manichaeorum, peccatum est substantia, a Deo malo ortam, fingentium, quam regulam erit certamine Flaciano Libri Symbolici adhibuerunt. Doleret, credo, Flacius, si adhuc uiueret, quod ex ignoratione terminorum substantiae et accidentis, peccatum Originis substantiam esse dixit, non secutus hac in re exemplum Ambrosii, Augustini, Cyrilli et aliorum, qui, cogente necessitate, in explicacione articuli de peccato originis, uocabulis hisce in uero suo sensu contra haereticos usi sunt, teste Form. Concord. pag. 651. Acris olim et hodieque ardua agitatur quaestio, an corpus Christi possit esse in omnibus locis, ut non circum-

Scribatur? Form. Concord. p. 753. respondit: cum in his ter-
ris conuersaretur, certo loco secundum quantitatem suam cir-
cumscriptum fuisse.¹ At humanitatem Christi localiter exten-
sam esse in omnia coeli et terrae loca, constanter negauit
Form. Concord. pag. 787. Scilicet, ex ipsa definitione quanti-
tatis negata est quaestio de corpore Christi glorioso in sta-
tu exaltationis.

XXII.

Resuscitata a Paulo Samosateno, Antiochiae Episcopo, ho-
mene callido, funesta haeresi Artemonis, cum cl^ariſſima Ec-
clesiae Lumina in denudanda eius haeresi et blasphemia la-
borarent, *qualitatis* uocabulum docuit, ipsum hostem Trini-
tatis non credere, Filium et Spiritum Sanctum personas esse,
sed uerbum prolatuum, et nomina nuda: recte proinde da-
minatum a Patribus Antiochiae congregatis, et ab ipsa Augu-
stana Confessione artic. 1. Nec facilius quis refutabit hodi-
ernos errores fingentium, *qualitates finitas* esse, quibus ex-
cellit Christus ad dextram Dei, iuxta Form. Concord. pag.
774. nisi qui nouerit, *qualitatem*, ut *accidens*, non posse con-
ferre *infinitam* illam operandi uirtutem, quam Christus et-
iam homo exercet. In articulo Iustificationis Paulum *corre-
latine* connectere promissionem et fidem, Form. Concord.
pag. 69. et esse haec *correlativa*, itemque promissam miseri-
cordiam requirere fidem *correlativa* pag. 129. Apologia do-
ceat. An uero haec dextre explicari possint, ignorata *rela-
torum natura*, ualde dubito? Sed, si quis sciuerit, *relatorum* eam
esse naturam et conditionem, ut unum per naturam suam
petat alterius coexistentiam, intelliget facile, fidem propter
promissam applicatamque misericordiam iustificare, neque
fidem sine illa aut hanc sine fide, homini prodeesse.

XXIII.

XXIII.

Actio, quae est ipsa operatio agentis, haud difficulter declarat regulam Theologicam pag. 750. in Form. Concord. expressam: Nihil habet rationem Sacramenti extra actionem diuinatus instrumentum. Et si cognitum fuerit, quid *Passio* sit dialecticis, facile est intelligere B. Lutheri uerba, quibus hinc inde uritur, hominis uoluntatem in conuersione pure *passione* se habere, atque sic contritionem respectu hominis non *actuum*, sed *passuum* esse, secundum Artic. Smalcald. pag. 320. Vbi innuitur, Gratiam Spiritus S. diuina sua uirtute et operatione immutare et renouare hominis uoluntatem, et cum demum noua in illam uoluntatem instrumentum esse Spiritus Sancti, quod accepta gratia in operibus sequentibus Spiritui Sancto cooperatur. Qui peccatum Originis cum Pelagianis pag. 640. et 642. Form. Concord. extenuare solent, nudam priuationem esse contendunt, id quod Theologi refellunt. *Dialectica* uero iudicium priuationem, seu absentiam et defectum, non posse se maiorem effectum producere, docet. Vnde non priuationem puram, sed et habitum quendam corruptum esse, hoc est, non tantum corruptionem qualitatum corporis, sed etiam prauam conuersionem ad carnalia in superioribus uiribus, docet Apologia pag. 55.

XXIV.

In Topicis locus argumentorum est a notatione nomine, quem apud alios minus recte adhiberi nos sitidem monet Form. Concord. pag. 269. cum ita dicit. *Sicut versarii nos etiam reuocant ad Grammaticam, sumuntque argumenta explicationibus.* Sed, quam incerto haec argumenta concludant, nisi nomen ipsum et appellatio rei denominatae proprias sit, exemplis declarat, quod *Dialecticus limitationibus suis obseruat.*

E3

uat.

uit. uid. §. 15. *Similitudines*, si non ultra tertium extendantur ad declarandum apprime conueniat, iuxta pag. 147. Form. Concord. at si extra scopum adhibeantur, inepte *similitudines* allegantur tanquam demonstrationes, sicut Form. Concord. loquitur pag. 241. Et cum de *dissimilibus dissimile inveniuntur ferendum esse*, Dialectica moneat, hinc ab exemplo Rechabitarum ad Monasticam, tanquam dissimile, argumentum validum duci posse, negat Apologia pag. 290. Ad appellandam etiam infamiae notam, quam nonnulli doctrinae nostrae de bonis operibus inuere conati sunt, id *causa omnium infigie est*, quod ex necessaria connexione causae et effectus, antecedentium et consequentium, depravatum enim efflentia Form. Concord. pag. 692. Quemadmodum sine antecedentibus a causa separari nequit, neque *consula*, ira fides uera possunt; ubi est necessitas, sed ex iustificatione nuncquam stare potest cum malo, ut fructus et effectus tione, ut *causa antecedente*, bona. Multi persuasum sibi habent, necessario sequitur posse absque Dialecticam ibent, se et mundo, et Deo locutus, exemplis, a centro summa gnomina. At, quam uarr. pag. 404. ostendens: et hoc explicitus Form. Ere coram Iehouah. Et ita quidem se Deos sibi alienum auctorum locis etiam uti necesse esse, artificialibus hicrum Symbolicorum tam abunde probabis exemplis, *ficti loco, a testimonio*, ad quem prouocatum, ut, d. pag. 159. nihil quicquam adiiciendum, existimat.

Form.

stim.

XXV.

Philosophus *dei sapienti lib. 1. cap. II.* inquit. *et coquinus patroculis sapientia, non a sapientia remansit deo patroculis* *et non sapientia, hoc est, Isaaco Casaubono interprete, sapientia*

phistica est sapientia, quae uidetur, cum reuera non sit. Et
sophista est, qui quaestum captat ex casipientia, quae uidetur ef-
fe, nec est. Si quis antiquae sapientiae studiosus, quem Ari-
stotelicum Caiabonus uocat, haec in memoriam sibi reu-
auerit, facile intelliget, quid sibi uelint Libri Symbolici, quan-
do undecim locis de Sophists conqueruntur, quorum etiam
nomini ponere Formula Concordiae dignata fuit. Sed non
tantum homines istos notauit, qui imperitis imponunt iux-
ta Philosophiam, uerum etiam arguit fallaciam a non causa ut
causa eorum, qui ex loco Petrino: studete firmam facere uoca-
tionem uestram bonis operibus, concludunt bona opera mere-
ri remissionem peccatorum, ut appareat, ab eiusmodi ho-
minibus id, quod causa conclusionis nequaquam est, allegari
tanquam ueram causam, ex qua sequatur ipsa positio aduer-
fiorum.

XXVI.

Cum uero hic elencbus in integra propositione confitatur,
etiam utile est, nosse, quid propositione fit? Scilicet Oratio, in
qua uerum uel falso est, in qua et praedicatum, et subiectum oc-
currit, e quorum consideratione tanto facilius est ferre iu-
dicium de istis propositionibus, in Form. Conc. pag. 704. im-
probatis, Bona opera esse necessaria ad salutem, cum scilicet
subiectum et bona opera influxum caualem, et in primis me-
ritorum, ad salutem nullum habeant. Sunt in his proposicio-
nibus plures, quae in signo quantitatis, aliae quae in re ipsa
consentiantur: illas formaliter Logicae aequipollentes, has materi-
aliter tales, appellavit acutissimus Logicus B. Dn. D. DAN-
HAVERVS, sed et materialiter aequipollentes dicit Form.
Concord. pag. 684. et docet, unius Mediatoris Christi
obedientia nos iustificari. Vnde Logicus colliget, ab una

ad

ad alteram ualere consequiam. Liquet ex his dictis, magnum esse usum, nec minorem necessitatem in *particulis exclusis*, uel retinendis, uel explicandis, quae de fide, ut causa iustificationis instrumentalis, enunciatae, nemini displicere possunt, nisi qui etiam ex Paulo *exclusus* tollere temere conetur, monente Form. Conc. pag. 73. et 87. quas tamen tanto Zelo tantaque diligentia Paulus in articulo iustificationis urget, teste eadem pag. 683. et 691. non minus, quam in articulo de salute aeterna consequenda, iuxta pag. 695.

XXVII.

Inter propositiones quaedam certo modo uerae sunt, quas *limitatius Dialectici* uocant, ut, dilectio et opera sunt uirtutes et iustitia legis, quatenus sunt impleto legis, iuxta Form. Concord. pag. 93. simpliciter tamen dilectio uel impleto legis dici nequit, uerum eatenus tantummodo, quatenus est dilectio conformis legi diuinae, a qua omnibus commendatur. Docent *Dialectici propriam comparativam propositionem* explicandam per aduerbiū magis, uel melius, *impropria* uero per oppositū. Exemplū rem ipsam manifestam fecit Form. Concord. pag. 239. ubi Paulinam allegat *propositionem*, *melius est nubere, quam uri*, in qua mandatum nubendi continetur, et, nubere bonum esse, euincitur, iustionem uero peccatum longe maximum, quae *comparatio impropria*, nubere bonum esse, uri uero malum, demonstrat. Conqueritur Form. Concord. pag. 118. male transferri *particulam uniuersalem* ad unam tantum partem in ista *propositione*, omnia erunt munda, datis Eleemosynis, si *Dialectican* quis calleat, sine mora de responsione pondere cogitabit, quod *uniuersalis particula* totam naturam, seu omnia inferiora eius, cui additur, subiicit. Qua ratione *positio* ista, sine fide est impossibile placere Deo, uniuersalis sen-

sententia est Form. Concord. pag. 110. quae totam legem
interpretatur.

XXIX.

Accidit saepissime, ut ex truncatis nostrorum sententiis dicta ueritati parum congrua eliciantur, quare *Hermeurica Dialecticae* praeceptum tradit, *Inciuile esse, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula eius proposita, indicare, uel respondere.* Qua regula *Dialecticae* fese inuiniuit pariter, et obieciones contrarias de iustificatione plurimas soluit. Form. Concord. pag. 117. Ex *praemissis propositionibus*, cum aliquid necessario inferatur, *argumentum uocari confueuit*, quae doctrina adeo non euiluit Libris Symbolicis, ut potius integro argumento probauerit Apologia pag. 73 nos sola fide in Christum remissionem consequi peccatorum. *Imperfectas argumentorum species* eadem proposituit pag. 101. *consequentiam uitiosam* exhibens, et *soritem* illum, quo merita supererogationis probare quidam, sed infelici successu, nituntur, damnat er rideat eadem pag. 136. eo, quod propositiones eius coaceruatae non perse, sed per accidens tantum, connectuntur iuxta Logicos. *τοις ανταντασιν*, cum aduersarii ratio in ipsum retorqueret Form. Concord. pag. 131. *αντίστροφον* appellauit, quo aduersarii utuntur ad Luc. XVII. v. 10. *Si feceritis omnia* etc. ac retorquentes in nos contra fidem pro operibus: sed uitiosum esse, docent Theologi, et demonstrauit Apologia, puerile studium Sophistices uocans hanc *retorsionem*.

XXIX.

Pars Logicae specialis *διπλεῖς* complectitur seu *demonstrationem*, qualem exemplo optimam dedit Apologia pag. 123. contra quam nihil opponi possit, necesse est, fidei tribue-

F

re

ge, sed ex promissione, ita homini illuminato haec principia sua luce radiare non male iudicarunt pii Maiores. *Demonstracionis* finem faciunt *scientiam*, quam alio nomine *methodum* appellari. B. DANHAVERVS in *Epitom. Dial.* notauit. Et certe nec hanc quis frustra requisiuerit in *Apologia*. *Locus* enim de coniugio sacerdotum optimo ordine et methodo (1) *ratione* (2) *argumento* (3) *dilectione* absolvitur. Quin et in ipsa epitome articulorum controverorum omnes pariter articuli iusta *methodo* exponuntur praemissis statu controveriae, quem sequitur sententia affirmativa sive thesis, tandemque hanc excipit negativa seu antithesis reiecta. Et quanta sollicitudine *Controversiae statum Concordiae liber* semper attendat, ex articulo de *Ecclesia* pag. 152. de *Missa* pag. 251. de *Iustitia fidei* coram Deo pag. 688. de *Coena Domini* pag. 752. abunde patet legenti.

XXX.

Media tandem *demonstrationis* unusquisque e *Dialectice* edocatur, absque difficultate intelligetur, cur ueterem peccati originalis *definitionem* admittat *Apologia* pag. 54. eo quod paucis exprimit, omne quod propter alios hodie copiosius explicandum est. Cur itidem reuiciatur alia *definitio* de *Ecclesia* habente potestatem *ratione* pag. 149. aliaque iterum de satisfactionibus Canonicis ad placandam diuinam offendam pag. 184. De *divisione* altero *demonstrationis* medio non possum hic, quin in fine subiiciam insignem locum *Apologiae* pag. 253. de quaestione quid sit sacrificium? Ita uero illa: *Socrates in Phaedro Platonis ait, se maxime cupidum esse diuinorum*, quod sine his nihil neque explicari dicendo negare intelligi possit; ac si quem deprehenderit peritum diuidendi bunc

buni, inquis se afficere eiusque tantum Dei ueritatis sequi. Et inde
diuidencem in ipsis articulis membra secare, ne quod membrum ma-
li coqui more quassatum frangat. Sed haece praecepta aduersarii ma-
gnifice contemnunt, at uere sunt iuxta Platonem et uero. Sed
sufficient uel pauca haecce, e quibus contra Langium insignis,
ut spero, usus Dialectices demonstratus est in Libris Symbo-
licis. Quam inepte igitur de Logicae utilitate differat Langius, u-
nicuius abunde patet, et sane, dum eam, nescio, qua mentie
caecitate, negat, ipsum et libris insimul nostris Symbolicis in-
iuriam facere, in confessu est, quorum Auctoribus haud di-
splicuit loqui cum Dialectica, difficillimasque controuerias
terminis et dialectica petitis illustrare. Sed quid Libri Symbo-
lici ad Langium? Pietista sentit cum Pietistis, et Barbarus
cum Barbaris, qui coniunctis viribus signa fidei Christianae
e medio tollere, et illorum loco confusionem Barbaricam
introduceare haud uerentur. Quam Fanaticorum impia-
tem iure detestor, et pro auctoritate Librorum Symbolico-
rum cum B. Dn. D. ZENTGRAVIO in Summa Iuriu diuinis
a pag. 494. usque ad pag. 498. et Summe Reuerendo Dn. D.
UVERNSDORFIO, Theologo de Ecclesia Christi praecla-
rissime merito, pie consentio in erudita Disputatione. de Li-
bris Symbolicis.

XXXI.

Sed ut a diuerticulo redeamus in uiam, et a titulo ad
rem transeamus ipsam, examinandus nunc erit paucis Li-
bellus Auctoris Logicus, de quo uerissime dixit Summe Reue-
rendus Dn. D. LOESCHERVS in den unschuldigen Nachrichten
ad annum 1704. pag. 400. quod perpetuam Satyram contine-
at, et in persingenda Logica rem modestia sapientis indignatio
committat Langius. Qui uel fugaxuo inepsum istum Libel-
lum

lum Logicum percurrit oculo, animaduertet facile, haud
alio, quam calumniandi spiritu regi, neque maiorem istum
ulla ex recapere voluptatem, quam ex conuiciis, quae utram-
que paginam faciunt. Ex aequo igitur de hoc Viro iudi-
cauit *Magnificus Dn. D. MAYERVS*, *Theologus summus*, et de
*Ecclesia Christi immortali cum laude Nominisque fama promer-
itus*, in Epistola *Prodromo Dissertationum Antilangianarum Am-
plissimi Dn. RVMPAEV* praemissa, quando Charillanum su-
um RVMPAEVM ita alloquitur. *Videris mibi in confutando
carmine Langiano bonas perdere horas.* *Huic enim homini
omne in conuiciis, sarcasmis, Thrasonismis, ignorantia, stylis petu-
lantia, robur positum est, spirituq; Diaboli se agi, ubique prodit ac
probat.* Et paucis interiectis. *Vix enim a me in hunc diem
impetrare possum, ut credam, piae ac saeumentis quenquam Lan-
gii scelidis posse delectari aut offendiri illis;* cum deprehendant
omnes, ubique hominem insanire, etiam quando menis Medicinam
parat, carminaque illius ab oboles efficiant colligere, *Langium spi-
ritu Christi prorsus uacuum non posse non insanire.* Haec sunt
Magni Doctoris uerba, quibus Excellentissimi Viri subscri-
bere haud dubitant, quin potius malunt cum eodem Gry-
phiswaldensi Theologo, cuius uerba refero, *Labores suos Ec-
clesiac saluti impendere, quam cum obscuro quolibet scurrula aut
calumnia ore contendere, in primis, cum hominem elati animi, ex
meritorum proprietatum inopia, tantum gloriam ex adulteriis qua-
rere, intelligent.*

XXXII.

Ne uero conqueri possit *Satyricus Langius*¹, factam sibi
esse iniuriam, age, perlustremus libellum ipsius *Logicum*, et ine-
pte dicta, deliria, mendacia atque calumnias, excerpamus,
sed quanta fieri potest breuitate, *Pag. 664. §. 3.* terminum ^{na-}
_{rie}

rie, et fatis quidem incep*t*e considerari, dicit, primum nominaliter in Antepraedicamentis, deinde realiter in Praedicamentis et Prædicabilibus. Quae tres notionum seu idearum classes coherent, ut scopae dissolutae. Nescit mirus Langius, uel ob nati^um animi nescire uult, quantus terminorum sit usus, et quam egregie illorum cognitio unumquemque iuuet. Ineptum ineptiarum magister id uocat, quod omnes erudit*i* in magno pretio habent, et singularis, qui ad solidam aspirare cupiunt eruditionem summopere commendant. Sane, ut fidelis Artifex ad rem et operam suam Tyronem tun demum adbibet, cum terminos artis a se explicatos, satis intelligi iudicat, ne, cum sub

ulam poscit Magister, cultellum afferat Tyro: ita operam perdet, quisquis sine occupata ha*c* Doctrina ad difficultates Logicas (sive quascunque alias) superandas discipulum coacturus est, teste B. Dn. D. DANHAVERO Epitom. Dial pag. 4. Abstractum audit Autori pag. 665. §. 2. Logica uel per ariye. caligo, quæ certe Langii mens et omnes sensus sunt obruti, ut in concreto recte dicatur homo caliginosus. Et not. i. a potiori denominationem fieri, docet, v. g. Logicus uocatur spinosus a maxima Logiae parte, siue, ut uerius afferam exemplum, Langius iure uocatur Barbarus et homo ineptus, a maxima Barbarorum dogmatum et ineptiarum parte, quibus eius libri sciant. Pag. 666. §. 4. Mataeologum et Logicum, uel Rhetorem, facit Synonyma. Ergo Langius Mataeologus est, quia Logicus, miser licet. Eadem pagina Analogum per se posicium plerumque stare dicit in significatu nobiliori, et quidem recte, sed pessime se habet exemplum, tricator i. e. Dialecticus, clarius et accuratius, calumniator i. e. Langius, Pietistarum Aduocatus, i. e. Langius. pag. 667. §. 2. substantiam dicit esse Logicum, ut hominem, eius inepias et infamiam accidentia. An Logici praecepsis suis maioris infamiae notam incurrerint, quam Langius calumniis

luminiis suis impudentibus, quibus Theologos magni Nomini et de universa Ecclesia Christiana praeclarissime meritos lacescunt, sani hominis iudicio relinquo. Pag. 672. §. 12. idem sere praestare dicit *Logicam vulgarem in Oratoria*, quod ars grallatoria in saltatione praefat. En inceptum Langit iudicium in quo ferendo sibi non constitisse, certissime mihi habeo persuasum, quae quaeso artis grallatoriae utilitas in saltatione, nulla fane: nisi forte *Langius* peculiari saltandi modo delectetur, quem uero imitari, insipientium est, sed insignis Dialecticae merito censetur usus in Oratoria, ut feliciter excoli haec nequeat, nisi illa in subsidium uocetur, sine qua Oratorem iure dixeris nugatorem.

XXXIII.

Definitioni proprii pag. 675. §. 5. exempli loco subiungit *Langius* hominem rishibilem, sed ut *Metaphysicum* ridendum, putauerim pro *Metaphysico* rectius substitui, *Fanaticum* et *Pietistam*. Talis enim quantus quantus deridendus est, et deridetur etiam a *Metaphysico*, quod ignorat, quid sit (*requisitum*) *essentiale*, *proprium* et *formale*. *Pagina eadem Metaphysici* *programmum* esse ait, cum entibus multiplicare distinctiones. Sed quid Pietistarum *proprium*? calumniari, seducere uere credentes, boinas odisse literas, introducere barbariem. *Sequente* §. 6. *accidens inseparabile vocat tricas ac inepias in Dialectico*, in quibus illi coruorum referunt nigrorē. Errat Rector misere regens atios, uerius dixeris Pietistarum *accidens inseparabile* esse, quod sint hypocritae. Digni proinde, qui in *Theologorum scriptis* atro calculo notentur. Pag. 676. *Topicos nugatores nominant*. En nugatorem *Langiam*, qui distinguere non nouit inter Disputatores et nugatores. Pag. 678. §. 11. *Vtinam inquit, Logici tandem agnoscerent inepias suas!* Ego sane, quod bona

bona fide testor; in uno rusticō non unquam plus deprehendis sapientiae, quam in omnibus, quotquot unquam uidi aut legi, Logicis. Quaerite queso discipuli Praeceptorem uestrum, cur sic deliret, et imprudenter loquatur? Conuincite ipsum dementiae summae, quod rusticum sapientia superare Viros eruditissimos doceat. O contemptorem studiorum uerae sapientiae fortissimum, o iudicium Rectoris ~~21070~~. *Quis amplius uerbis Langii habebit fidem, ad bonam licet is prouocet fidem, quia reuera tamen caret, cum impudentissimis suis mendacis ueritati vim inferre, illamque opprimere ubiuis studeat.*

XXXIV.

De entunctione pag. 679. agit *Langius*, et hoc utitur exemplo, *Dialectica est logomachiarum genetrix, uel gignit logomachias.* Praedicatum conuenire subiecto inepti quidem Auctoris, minime uero sapientis iudicio uidetur, cum eo potissimum fine addiscatur Dialectica et studiose iuuentur commendetur, ut distincte loqui, suaque formare ratiocinia ex Dialecticae legib⁹ sciat, et artem hanc tam in priuatis, quam publicis congressibus exerceat. p. 680. *enunciationis uerae exemplum* dicit esse hoc: *Metaphysica est ineptum terminorum Lexicon.* Fallit ineptiarum Magister *Langius*, et confundit Lexicon cum disciplina uera et reali, quae iudicio saniorum Philosophorum, et quorum numero ob iugas suas *Langius* est penitus deletus, omnino distincta manent. Pag. 682. *propositionem exclusi*ans tradit hanc, soli stolidi sectantur Aristotelem. Mentiens mi *Lang⁹*, Patres enim sectati sunt Aristotelem, sed non nisi stultus in superlativo illos vocauerit stolidos. *Pagina eadem exemplum propositionis modus affert tale, Impossibile est Dialecticum sapere.* Subsumo *Langius* est Dialecticus, Ergo impossibile est

est, *Langium sapere*. Concedo totum argumentum, intellecta maiore de Dialectico inepto, qualis *Langius* est. Pag. 684. de cunctatione copulativa differit, cuius exemplum esse ait: *Dialectica et Analytica sunt absurdia*. O monstrorum hominem in Philosophia et Theologia! Quid, quaeſo, est Philosophus sine cognitione Dialecticae, morosophus? quid Theologus sine cognitione Analyticae, Cacologus? Pag. 685. propositioni uniuersali hoc subiungit exemplum. *Omnis Aristotelicus ineptus*, Periculosa alias propositionem uniuersalem esse docent Logici, haec uero *Langii* prorbus est falsa. Vti enim nemo sapiens concederit, omnem *Langium* hominem esse insipientem ac nugatorem, ita quoque nemo sapiens omnem Aristotelicum uocauerit ineptum.

XXXV.

De Syllogismi materia pag. 687. §. 4. Auctor agit, et ad eam tres requiri terminos, docet, uidelicet subiectum conclusio-
nis u. g. *Dialectica, praedictatum conclusionis*, v. g. est spernenda,
Connexio seu medius terminus, v. g. quia est inutilis et inepta.
Hinc, Quicquid inutile ac ineptum, illud est spernendum, *Dialec-
tica est inutilis et inepta, ergo Dialectica est spernenda*. Quo-
niam inepte hic rursus et inutiliter differit *Langius*, merito
etiam a quois intelligenti spernitur, et peregrinatio eius fa-
tuitas deriderur. Argumentatur ille, sed argumen-
ta nunquam probat, nisi per calumnias, quibus mirifice de-
lectatur, et si uero in istis quaerit summum Bonum. Pag. 689.
§. 10. quatuor proponit argumenta, a spiritu malitia et
mendacii profecta. In primo minor est simpliciter falsa,
in secundo Sophistam agit, et fallaciam accidentis committit,
in tertio maior est absurdita, in quarto denique manifesta

con-

contradiccio in adiecto reperitur. Eiusdem ualoris sequentia
etiam sunt argumenta, quae pag. 690. et 691. tradit, e quibus
sane malitiosus ipius et ueritati infensissimus animus haud
obscure colligitur. Pag. 692. *Logicis sanam mentem* apprecatur
Langius. O quam lubens uellet uniuersa Vitemberga, ut
sana esset praeditus mente ipse *Langius*, et desineret tandem
delirare! Satis, immo plus quam satis est, calumniis conuici-
isque affectisse Viros summos praeter omne meritum, et ex
petulantissimo animo Ecclesiam Christi turbasse. pag. 693.
Organon Aristotelis ineptum appellat. Omnia ineptissimo *Langio*
sunt inepta. Logica, Rhetorica, Ethica, Phyllica, Metaphy-
sica ipsi merae sunt ineptiae, cur ita quia stolidus est, et prae-
omnibus sibi tantummodo sapere uidetur. Pag. 695. meretricie
in star Dialeticae conspurcare dicit *Theologiam*. Turpissime
Rector sine notitia recti, in quaе prolaberis uitia? quae te de-
mentia cepit? Certe, quod *Consummatissimus Theologus et Vir*
undique celeberrimus, Dn. D. ITTIGIVS, in Praefatione ad
Lectorem, elegantissimo operi, quod inscribitur *Historia Ecclesiastica*
primi seculi, praemissa defamojo Arnoldi opere §. 68. iudicium fert,
quod *omnis candor, omnis fides ab eo prorsus exulet, et menda-*
cies, calumniis uariisque strobis, refusa sint omnia, idem et o-
ptime inimicentis! angii Medicinam mentis quadrat, qui homo
aeque, ac Arnoldus, frontem perdidit, omnemque pudorem
decoxit. Denique pag. 696. per Soritem et coaceruationem
plurium propositionum probare non erubescit *Langius*, *Di-*
abolum Dialeticae et Metaphysicae causam esse. Increpet te De-
us, pessime hominum! qui de donis, ab optimo Numinis mor-
talibus concessis, tam impie iudicas. Quis non horret et ob-
stupescit ad Viri huius malitiam, quae ad summum alcen-
dit gradum? Ex hisce uero omnibus cognoscere licet, utrum
calumniis potius et criminationibus, an uero argumento-

rum rationumque ponderibus Dialecticam nostram refuta-
uerit Langius? prius tam euidenter est inuictumque, ut nemo
ueritatis amans id in dubium vocare, multo minus negare
possit. Sed quid iam uidetur de Rhetoricationibus hisce
Langii? annon insignes hi sunt pictatis et ueritatis Langianae
fructus? annon perhumanus est Langius nosfer? ubi hic ipsius
Symbolum: *W arheit und Liebe?* ut cum Ampliss. o Dn. RVM-
PAEO in Prodromo Dissert. Antilangianarum pag. 24. loquar.
Non ergo male fecero, si Langii Dialecticam ita definieruo,
quod sit mira ars calumniandi. Sed haec de Logica dixisse
sufficient, plura quidem adhuc monere potuisse, uel circa
defectum Libelli Logici Langiani, uel circa eius errata, uerum
instituti ratio id non permittit: unde ad Metaphysicam pro-
pare, et, quanto in eam feratur odio Langius, paucis quo-
que examinare lubet.

XXXVII.

Dispiciendum autem primo de illis uerbis esse puto, quae
in Praefatione Grammaticae affert, et pag. 26. §. 16. huius modi le-
guntur. *Die Arithmetisch Scholastische Metaphysica scheint in*
der Alberheit noch eine sonderbare praerogativ für die Logic zu
haben. Worauf habe, dass man beyde zu Särfung des Ver-
standes sonderlich excoliren müsse, der betrachtet nicht, dass man
solchen Zweck durch gründliche Erlernung realer disciplinen viel
eben und nützlicher erhalte. Ingleichen dass die scharffinnigsten
Leute, wie gedacht, davon das allerwenigste wissen, und dass die so
genannte Taschenspieler Kunst, und andere dergleichen lose Künste,
noch woohl auff mehrere Scharffinnig- oder Behändigkeit des Ver-
standes führen, die doch deshalb niemand recommendiren wird.
Criminationes ceteras, quas Satyrici Langii Liber Logicus
omnes capere non potuit, in Metaphysica sibi reseruauit An-
citor, in quam pari furore inuechitur, eamque ad Garamantas
gustatione oras illas re-

relegare non erubet. Disputat autem alatis in uerbis de eo potissimum, an Metaphysica acuat ingenium, illaque sco po huic conducatur et negantem defendit sententiam, ac insimul ad reales prouocat disciplinas, quas ingeni acumen excitare nihil dubitat. Tantum abest ut quoad prius cum *Langio* consentiam, et quoad posterius ipsi repugnem, ut potius cum celebrerrimo subtilitatum Magistro, SCALIGERO, defendendum in me sit. ipsam, Metaphysicam et Mathematicam acumen ingenii quam maxime luuare, in primis si ad firmissimum demonstrandum modum respecus habeatur, quo has disciplinas prae ceteris ornatas esse eruditis noctum est perspectumque. Neque ex uero differit *angius*, quod Metaphysicae opponat reales disciplinas, cum ad has ipsas omnifure Metaphysica referatur, quibus ex opposito instrumentales respondent, quarum tres tantum a Philosophis numerantur, uidelicet Grammatica, Logica et Rhetorica. Demique uero quod ad *Auctoris* similitudinē attinet, de eo omnino ualeat, quod in communideicitur, habere omnes sere comparationes aliquid ex iniquo, et haec certe *Langii* comparatio pessime se habet impudentissimeque. Purauerim enim discrimen inter acumen Metaphysicorum, et eiusmodi hominum fraudulentorum, magnum esse, imo tantum, quantum inter Celeberrimi DN. D. SCHELGVIGH auream Synopsin Controversiarum, et inepii *Langii* plumbum, Antabarbarum, intercedit.

XXXVIII.

Idem de Metaphysica iudicium et in Med. ment. pag. 572, fert Auctor noster, ubi §. 34. ita loquitur, *Inepta Logica merito proxime iungitur longe incepissima Metaphysica, et speciatim Ontologia.* Huius ineptias referre ac refutare saceret. Metaphysica (ut paucis multa complectar) est regina, sed inter illas discipli-

nas, quae sat agunt circa commenta astutorum ac otiosorum hominum dislinendis ingenii, ne ad solidam rerum cognitionem adspirent, quae adhuc a multis mordicus retinentur, insidia meliorum, aut quia dediscere pudet, quae iam otiose didicerunt! Quot ferme uersus, tot inepte dicta, mendacia, ridicula et abfurda, reperiuntur. Longe ineptissimum primo uocat Metaphysicam, uerum ineptissimo ineptior est Langius, qui ad quaestione, quaenam sunt illae ineptiae Metaphysicae: tacendo responderet: cur uero ita? quia ipsi sufficit, calumnias attulisse et criminaciones, quas pro firmissimis probationibus diuenditare non erubescit. Longe aliter de nobilissimo hoc studio sentit acutissimus Philosophus B. Dn. D. DANHAVE-RVS, qui, in Horologia sua pag. I. talia in Philosophia Prima reperiri, docet, quae dilucide explicata usus suos, ornamenta, et errorum cautions, in omnes alias diuinis aeque ac humanas, disciplinas liberalissime porrigit. Secundo autem, Metaphysicam reginam esse, dicit, sed inter illas disciplinas, quae sat agunt circa commenta astutorum ac otiosorum hominum. Si Langius de Scholasticorum quorundam Doctrina Metaphysica tantum loqueretur, nil habererem, quod reponerem. At omnes Metaphysicas uersari circa commenta astutorum ac otiosorum hominum, commentum Langianum est, nec dignum, cui ultra adhibeat fides. Non otiosi hominis opus est, quod B. Dn. D. CALOVIVS, Theologus incomparabilis et Philosophus Excellentissimus, de Metaphysica Diuina conscripsit, aliorum, Clarissimorum sane Virorum utilissimos labores Metaphysicos ut in praesenti taceam; cum talia in ea reperiantur, quae prorsus insignem in Theologia habent usum, et contra aduersarios feliciter nos iuvant, imino eiusmodi praesidiis muniunt, ut facile opera illis resistere ualeamus. Denique Metaphysicam obesse ingenii, ne ad solidam rerum cognitionem adspirent, falso rursum

sus afferit *Langius*, nec assertum pro more suo uel unico probat uerbo. Non lubet iam prouocare ad tot excellen-
tissima ingenia; quae ad solidissimam rerum cognitionem aspirarunt, quibus tamen obstaculo non fuit Metaphysica;
sed potius subsidium ad superandas difficultates multas, hinc inde obuias. Verum id modo ex *Langio* quaeram, quaenam ergo illa sint, in Metaphysica v. g. B. DANHAVERI, B. CALOVII, B. Seb. SCHMIDII, quae impediunt ingenia, quo minus ad solidam rerum cognitionem aspirare possint? Legi Viros hos acutissimos, et relegi, nec poenitet illos legisse, ut potius pro praestita opera gratias ipsis rependam ingentes. Si uero *Langius* eiusmodi impedimenta solidae eruditio-
nis in scriptis ipsorum deprehendit, cur illa non nota-
uit, suisque discipulis ostendit, in quo errauerint Philosophi
hi paeclari? Sed multa garrit *Langius*, neque rationibus et
ueritate, sed conuiciis, et mendacis pugnat, quod Sophista-
rum ineptorumque hominum proprium est.

XLI.

Quemadmodum autem, Logicam Disciplinam *superius*-
quam esse, dicit, ita eandem quoque inscriptionem assignat
Metaphysicae *Langius*, in qua *incepta ac finita omnia esse*, in-
genue pag. 572. *Med. ment. §. 34.* fatetur. Cum hoc asserto et im-
pudente mendacio pugnant Libri nostri Symbolici, e quibus pari modo ad oculum demonstrabo, quam insignem usum
Metaphysicae cognitio praefert, ut appareat, quid de
nugis hisce *Langianis* habendum sit. Non uero hic nudas ter-
minorum explications adducam, sed et fontes demonstrati-
num breuiter indicare conabor. Ab errore Eutychis nos
liberare poterit essentiae uocabulum, cum *Form. Conc.* pag.
609. docet: *nos duas naturas in Christo, earumque proprie-*

tates non confundere, aut in unam *essentiam* commiscere. Sic enim nos subiectum operationum diuinarum non facimus naturam humanam in Christo per se, originale et *formale*, sed naturam diuinam, quae est principium primum et radicale omnium operationum et proprietatum, iuxta definitionem *essentiae*, quam beatus Doct. Sebastianus SCHMIDIVS in *Compendio Metaph.* proponit. Hoc uero fundamentum pari etiam modo Schyvenckfeldianos refutabit, qui carnem Christi per exaltationem Patri et ¹⁶¹⁷ per omnia in gradu et statu *essentiae* omnino aequali esse, falso contendunt. *Essentia* in perfectissimo *entity* gradu Synonymum habet aliquid, et oppositum, *nihil*: unde facile est iudicare, quo sensu B. Lutherus dixerit in Catechismo maiore, pag. 407. Gentiles, idolis confisos, spem suam in mere *nibilo* reposuisse.

XL

Affectiones porro entis constituunt primo unitatem, ut est in *unitatis Ecclesiae*, iuxta Form. Conc. pag. 151. et 155. quae *unitas* as diffimilitudine rituum non tollitur, ut propterea ipsa Ecclesia sit in multis *divisa*. Ab uno est *unio*, eaque uel Sacramentalis, teste Form. Concord. pag. 599. cum reali praesentia Symbolorum ad rem coelestem, uel Personalis, qua natura humana unitur cum diuina, ut *suppositum* unum unaque sit persona, iuxta Form. Concord. pag. 736. et 764. Ex eo, quid *uerum* sit, facile quis, reuelationem fecutus, intelliget, quid *verus* cultus Dei, quid *falsus*? Form. Concord. pag. 406. et 408. Gentilium certe cultus *uerus* non erit, quia *cuia intellectu diuino non congruit*. Cum enim a Deo esse suum non habeat, nec *ueritate* habebit, siquidem unum quodque inde habet esse *uerum*, unde habet ipsum esse. *Perfectum*, siue ac bonum, unum idemque dicas, siue diuersum, non morose hic repugnabit, coniunctus

rus

rus tam en hic utrumque breuitatis studio. Apologia certe p.
104. ad obiectionem, quando charitas dicitur vinculum per-
fectionis, reponit, multis modis de perfectione responderi posse:
si bonum sit, quod perfectione conseruit praedictum, de chari-
tate absque errore intrumque dixeris, quae pro maiore uel
minore gradu, maiorem quoque uel minorem ~~bonitatem~~ sibi
~~convenienter~~ habet. Quaratione et Form. Concord. p. 286.
nudetur explicare dictum ueterum, Monasticam esse statum
acquirendae perfectionis, hoc est, acquirendae bonitatis illi sta-
tui ~~convenientis~~, quomodo nihilo magis erit Monastica status
perfectio*nis*, quam uita agricolae aut fabri.

XLI.

De iustificatione mota quaestione, quo ordine fides sit
collocanda? Apologia pag. 72. respondet, non habere ratio-
nem ~~principio~~ eo sensu, ut sit quaedam praeparatio, et efficiat
iustificationem, iuxta illud ~~προτότοπον πάντας~~. Sic, ut neque
initium praeparatio concedatur esse, neque *causa*, quiae ex
sua dignitate homines Deo gratos efficiat, sed ex solo appre-
hendo merito Christi. Alio deinde modo sensuque pag.
499. uerbum uocatur *principium* ingrediendi communio-
nen sanctorum respectu nostri, seu ex parte Dei medium,
quo conuersionem nostram Spiritus Sanctus operatur. Hoc
vero *principium causale* est, sicut pag. 799. explicatur, nega-
turque, quod Praefcientia Dei sit *principium* siue *causa* ma-
li. Cum enim *principium primarium effendi sit, unde aliquid*
dependet inesse, manifesta est demonstratio, praefcientiam
Dei mali *principium esse non posse*, cum id a Diabolo et per-
uersa hominis uoluntate inesse et fieri dependeat, nequaquam
autem a praefcientia diuina. Atque hoc ipso Augustana
Confessio artic. XIX. a nobis remouit omnem Manichaei-
smi

sini suspicionem, eo, quod, *causam* malum Deum esse, constanter negavit, et, uoluntatem malorum a Deo se auertentem causam esse, confessus est. A apologia pag. 87. ait: Lucae VII. v. 46. Christum, dicendo: remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum, locutum esse *καταστενδοχην*, complexum que eodem uerbo *causam et effectum*. Certe, *causam* hic nosse, necesse est: *principium scil. quod dat alterius sit*: ita dilectio non efficit, ut esset remissio peccatorum, dareturque mulieri poenitenti, sed cum fides ipsam saluam fecerit, teste Christo, effectui seu dilectioni tribuitur talus, quam Christus diserte fidei ascripsit. Eodem prorsus modo ex natura *causae et effectus* eadem demonstrauit solide pag. 82. male tribui *effectui*, scil. dilectioni, quod *causae* potius seu fidei competit, atque hinc, fidem rectius gratiam gratum facientem vocari, quam dilectionem, argumentata est. Appellauit aliquando Form. Concord. Sacramentum ritum, pag. 205. nudum autem ritum non esse, exinde concluditur, quod *et undem effectum* uerbi et ritus esse, dixit, nempe, ferire corda.

XLII.

Conuerzionem non a uoluntate hominis eiusque tribus pendere, docuerunt Theologi, et Form. Concord. p. 583. duas *causas efficienes* ad conuerzionem efficaces esse, dixit, Spiritum Sanctum, et Verbum Dei, quod est instrumentum Spiritus Sancti, quo conuerzionem hominis efficit. Certe sine *Metaphysica seu Philosophia prima* haec accurate nullus intelliget: unde, cognito, *Efficiens esse, a quo res est in agendo, facile et illud apprehendet*, Spiritum S. unicam et principalem *causam esse conuerzionis*, Verbum uero tanquam *instrumentum*, tuncibus a Spiritu Sancto datum, illud efficere. Et, ne quis existimet, me peregrina uoce usum, cum principalem dixi

causam

causam, certe eodem uocabulo uisa est Form. Concord. pag. 587. et 694. quibus locis negavit aduersariorum antithesin, dictum : fidem esse tantum *causam principalem*. Dum Metaphysici *internas causas* exponunt, materialiam primo loco tradunt, *principium scilicet internum*, ex quo res sit. Quid igitur sibi uelit, quando in Apologia pag. 56. Scholastici peccati originalis *materiale* uocant concupiscentiam, facile est intelligere. Ignorantia certe terminorum horum *causa iustae* querelae extitit Apolog. p. 59: quod Scholastici pugnantia saepe dicant, nec *formale* peccati, nec defectus, recte ac dialectice expedientes. *Formam iustificationis* esse bona opera, negavit Form. Concord. pag. 692. si quis *formae definitionem* nouerit, iam in promptu erit negationis ratio, quia scilicet bona opera non sunt id, per quod iustificatio est iustificatio. Fides, quae in iustificatione requiritur, non nudae historiae notitia dicitur Theologis, unde non satis est credere, quod Christus natus, passus et resuscitatus sit, nisi addamus et hunc articulum, qui est *causa finalis* historiae, remissionem peccatorum, quae uerba sunt Form. Concord. pag. 69. Medium hinc eruere facile est, quo certitudo asserti constet. Cum enim *finalie causa* dicatur historiae, propter quam res est, patet, passionem et mortem Christi, non propter nudam notitiam factam esse, sed ut remissio peccatorum inde nobis impetraretur. Quia descriptione stante, etiam *finem rituum et traditionum alium esse*, Form. Concord. pag. 209. pernegavit, quam paedagogiam et admonitionem, cum non ob aliud Scriptura uel Ecclesia institutas esse doceat.

XLIII.

Cum seculo te: tio Manichaeorum furor, omnia *necessario fieri*, delirasset, reuocato aliquando errore eodem, Form. Conc.

H

Conc.

pag. 580. eundem damnauit, quasi, quae fiunt, aliter fieri non possent, et homo omnia coacte faciat, quibus absolutam *necessitatem ex absoluto causarum nexus reliqui manifestum est*, et simul illam, quae ad Politicam refertur, in cogendo consistens, alias *violenta dicta*. Quanta de *necessitate bonorum operum certamina uexarint Ecclesiam, omnibus constat*; Augustana uero Confessio et Form. Concordiae eandem negavit nunquam; at uero *necessitatem ad salutem concedere noluit pag. 689.* Quo sensu etiam non probauit illam uerborum formam, impossibile est saluari sine bonis operibus, id quod intelligere datur clarius, cum terminus e definitione sua resolutur, salus ita non datur sine operibus, ut nec dari possit sine illis, quae propositio non tantum *praesentiae*, sed et *causalitatis, necessitatem* infert, et ad minimum illud dicit, quod itidem Orthodoxya non admittit, iuxta Form. Concord. pag. 693 bona opera esse *causam sine qua non iustificationis*. Improbata S. Coenae mutilatione Eccianas Thrasonicas uoces exagitans, Form. Concord. pag. 23. Num, inquit, haec rationes excusabunt hos in iudicio Dei, qui prohibent partem Sacramenti, qui saeuunt in homines bonos, utentes integro Sacramento. *Integram facile Metaphysicus exponet, Sacramentum uero Theologus, scilicet iunctis his studiis, integrum Sacramentum dicitur, cui nulla pars defit*, iuxta Philosophum lib. 3. Physic. cap. 7. Pars uero est Sacramenti hocloco *essentialia et materialia*, sine qua *essentia Sacramenti esse non potest*, propter ordinem diuinum, quo calix ad complendum Sacramentum Coenae Dominicæ ordinatus est.

XLIV.

In Epitome articulorum controversorum Scriptura Sacra recte dicitur *norma, index et regula* controversiarum. Qui
philoso-

Philosophiam primam callet, normam perfectionis hic indicari facile animaduerit, e qua cognitio articulorum illorum dependeret, atque sic ex ipsis terminis iam ueritas asserti intelligitur. Cum enim articulus fidei Christianae a Deo, cuius verbum Scriptura S. est, inesse dependeat, illius certe ueritas indubitate non poterit aliunde cognosci, quam ex Dei Verbo. Iuxta hanc etiam normam Sacra menta non tantum aliquid representant potentiae cognoscendi, sed una exhibent id, quod significant, quae signa exhibitina appellari consueuerunt. Eant ergo illi, et cum institutione Christi transigant, qui, Sacra menta tantummodo signa memoriae conseruanda causa instituta esse, frustra contendunt, quorum Analogia signi et signis exinde quoque conficitur, quod signa haec exhibeant, non uero nudum respectum et similitudinem habeant cum signato seu corpore et sanguine Christi, iuxta Form. Concord. p. 758.

XL V.

Philosophiae primae seu Metaphysicae pars specialis, alias Philosophia ad dicta, quae de Deo agit, proprie est Metaphysica Aristotelica, uti ex Philosophi Libris Metaphysicorum uidere est, ad quam methodum etiam recentiores Cartesiani Metaphysicam siam instruere solent, exemplo Antonii Le Grand. in Philosophia Cartesiana. Ita uero quam maxime usus Metaphysicae hinc elucet, prout exponit ea, quae de Deo ex lumine naturae innotescunt, et demonstrari possunt, quae excludit Augustana Confessio Artic. 1. Atque huiusrei specimen insigne extat Summe Reuerendi Excellentissimique Domini Doct. Joh. FAVSTII, beatae memoriae, Theologi et Philosophi Argentoratensis multo celeberrimi, in Examine Theologiae gentilis, quam docuit Aristoteles: Infinitum Deum esse, Aristoteli etiam cognitum fuisse, ostendit modo laudatus Vir, egregie uero haec con-

pucunt ad explicandum illud, quod Form. Concord. Deum uocat *aeternum* pag. 763. *infinitum et omnipotentem* ibidem. *In-*
finitum enim in Metaphysica dicitur, uel ratione durationis, quo-
modo sine initio et fine durat Deus, estque aeternus. Vel *in-*
finitum dicitur ratione essentiae, quod caret finibus essentiae, propterea, quod a nullo alio dependet, a quo eius essentia certis limitibus circumscribi possit. Et, cum essentiae terminos nullos agnoscat Deus, neque praesentiae, neque potentiae limites figi sibi patitur, sed extendit illa potentia se ad omnia, quae uult posse, ut nullum possibile uim et uirtutem ipsius terminare queat, ex quo recte *omnipotens* dicitur. Id quod *ex infinita et independentia essentia Dei demonstratu facilimum* esset, nisi in praesenti pluribus supercedere mallem.

XLVI.

Hinc uero, ne quis Symbolis nostris obscuritatem obiciat, sciendum; Nostrates imitatos Ecclesiae primitiuae Patres ex Philosophis Christianos, quorum Theologiam cum terminis istis inuoluerent Scholastici, Libri Symbolici non potuerunt, nisi illorum uocabulis uti, contra quos pugnabant. Postquam enim Scholastici admiscerunt doctrinæ Christianæ Philosophiam (quae uerba sunt Form. Concord. pag. 53.) et maximaturba nugas sive Scriptorum in sententias, qui non genuerunt sua scripta, sed tantum compilatis superioribus, transuerterunt illas opiniones ex aliis libris in alias, istis terminis fidem explicare coepérunt, unde factum est, ut in Scholastica doctrina, quæ plus habet rixarum Philosophicarum, quam pietatis, multæ falsæ persuasiones haererent, iuxta Form. Concord. pag. 231. quae nisi intellectis et explicatis ipsorum uocabulis, commode refelli non possent. Liquet uel ex his, quam insignem usum Philosophiae Primaæ doctrina diffundat in Libros Symbolicos, et,

nisi

nisi breuitatis studium in praesentia co[n]veniat mihi habere, copiosius exiisdem idem deduci posset. Merae igitur columniae sunt, quibus utilissimam hanc scientiam onerat *Langius* in paginis suis *Metaphysicis*, ad quas uero paucis ad-huc respondendum erit.

XLVII.

Vniuersae Metaphysicae tractationem unico capite absolvit *Langius* pag. 701. *Med. ment.* et putat sufficere illud addiscendo huic studio. O mirum caput, o ineptum Metaphysicum! qui de aliorum laboribus durum ferre iudicium audet, quibus tamen plus inest sapientiae, quam omnibus *Langii* schedis, quae nil nisi morbos et aegritudinem mentis, indicant in *Rectori*. Alia sane uerae Metaphysicae debet esse facies, quae sit iis ornata doctrinae capitibus, in quibus fundamentum istius continetur, et omnia proponuntur, quae fibitanquam propria vendicat Philosophia Prima. Maluit autem ab iis abstinere *Langius*, ne tanti Viri turbaretur cerebrum, mille licet ineptiis iam ante turbatum; unde ad praestantissima, quae fori Metaphysici sunt, provocat, et haec tantum exhibitorum se esse promittit pag. 703. §. 3. Videbimus igitur, quenaenam illa sint. Sic pagina 703. entia Phantasiabilia et substantias phantasiabiles uocat Metaphysicos. Non hos, sed *Langium* definitione hac dignum esse, ipsius Medicina mentis luculenter demonstrat. Pagina 704. apriuatione, in primis moralis, ad habitum regressum dicit, u.g. *Metaphysico astutia ad sapientiam*. Est igitur Metaphysicus mendaci *Langio* stultus. O stolidum iudicium, quod merae columnias spirat, et inhumanitatem arguit! sed, qui ita impudenter et libere de sapientibus Viris iudicas, mi *Langi*, ne, quaelo, credas, te liberum fore ab aliorum iudiciis, tam publicis, quam priuatuis,

is, quibus pro meritis tuis accusaris, et tanquam infensissimus
uerae sapientiae hostis haberis. Pag. 706. ex eo, quod Meta-
physici docent, Totum . . . omnis qualibet parte sua. Partem
minorem esse voto. Positum toto, necesse est, omnes possint partes, saltem
essentiales, colligere non erubescit Langius, Metaphysicos
aut bruta esse, quia talia e Metaphysica discuntur, aut omnes alios homi-
nes pro brutis habere. Neque tertium dari, putat, nisi in affectatis
inepitiis. Vtrumque falsum est, prius meram calumniam si-
stit, a quo uito uix sibi temperare potest Langius, et in Medi-
cina mentis, et in Antisbarbaro, in quo lectori ad oculum ostendit,
quantus sit ueritatis coelestis hostis, quantaque impietate
impudenteque animo in nostrates Theologos feratur. Posse-
rius uero itidem a uero alienum est, cum sic stupidi non
sint nostrates Philosophi, ut homines pro brutis habeant, sicut
Langius noster, quamvis in eo cum Theologis magni Nominis
facile consentiant, Langium infensum reprobum esse datum,
qui ueritati sine ulla religione resistere, eamque premere,
imo et opprimere, tendat. Eadem pagina § 14. Miseres me, in-
quit, buius hominum generis, quo solidius non est, nec fuit, nec erit,
sub sole, saltem inter Pseudophilosophos. Sane miseret me Langius,
quod tanto labore rationis deliquio, et ea iudicii eclipsi, ut uix
discernere possit bonum a malo, uerum a falso, et solidum a
Sapiente. Quid tandem sic fiet? metuo certe eclipsin tota-
lem in Pseudophilosopho hoc, qua si obductum fuerit eius
cerebrum, quae haec, quae so, horrenda alia dogmata in poste-
rum sequentur. P. 708. ait: Metaphysicum sapere potentia, id est,
posset sapere, sed despere actu et primo, et secundo, signato et ex-
ercito. Si ueritatis spiritu ageretur Langius, eamque pro sco-
po haberet, non posset tam friuole isti insultare, et criminati-
onibus solitis uim inferre: alio igitur spiritu regi rectorem, ne-
cessus est. Pagina 709. quatuor causarum genera ad inepitiis re-
fert

fert. Quod tandem doctrinae caput erit utile, si omnia incepta uocauerit *Langius*: sic nihil continebit Philosophia prima, quod sapientiae uel scientiae nomine dignum foret. O peruersam philosophandi rationem, qua uix perniciosior dari potest. *Pagina 711.* idem semper facere idem afferit, u. g. *Metaphysicum semper ineptum*. Mirum proinde non est, quod *Langius noster*, quamdiu idem manet, semper nugetur. *Eadem pagina Collegii Metaphysici finem cuius propagationem ineptiarum esse dicit*, finem cui uero auditores, quibus inspiendi et tricandi habitus introducitur. Solent alias exempla ediosa uocari, sed mirifice illis delectatur *Langius*, et in proponendis iitis rem sapiente Viro prorsus indignam committit. Utramque sane paginam locutiones satyrica, et scommata replent, quae tamen uitia a Pietistis aliena esse, sibi quis persuadere posset. *Pagina 713.* *Metaphysicum pro insano reverat ali babendum esse docet*. En in sanum *Langii* iudicium! quod cum ueritate, experientia et recto rationis sensu pugnat. Loquitur *Rector*, quicquid ipsi in buccam uenit, nec, quid aequum iustumque sit, rationem habet. Denique pag. 714. *Doctrinam de demonstratione Dialetticis, ut iniustis possessoribus, eripuisse se, et in Medicina mentis tractasse*, profitetur. Quo iure id a *Langio* factum sit, non video. Certissimo enim certius est, quod ad eam disciplinam Doctrina de demonstratione pertinet, ad quam Syllogismus demonstrativus refertur. Hunc uero fori Logici esse, apud omnes eruditos in confessu est.

XLIX.

Examinatis ita iis, quae de Dialectica et Metaphysica *Langius* in *Medicina mentis* inepte differuit, ad alia nunc pro-grediendum esset, et nominatim ad Ethicam, Physicam, Mathematicam et Rhetoricam, uerum instituti ratio id non per-mittit

mittit. Quare id solum nunc agam, ut ex ipsis uerbis
uel breuiissimis ostendam, quam sinistre etiam ac peruerse de
nobilissimis hisce disciplinis iudicet. In *prefatione Germani-
ca Grammaticae praemissa* pag. 34. ita de Ethica differit: Son-
derlich gehet sie zu den stinkenden Misspfützen der aristotelischen
Sitten-Lebre, woraus nichts, als überdünchte Gräber, grobe Heuchel-
ler und Feinde des innern rechtschaffenen Christenthums, gemacht
werden. Es wäre zu wünschen, daß man an dessen Plat die Do-
ctrinam hodierni decori traxeret, welche ich noch nirgends gründ-
licher und besser ausgeführt gesehen, als in der zu Halle
edirten Anleitung zu wohlanständigen Sitten. Cum hisce con-
spirant ea, quae in *Medicina mentis* pag. 573. habet, ubi Ethicae
fundamentum arenosum esse, ait, principium eius aegram
uocat rationem, hinc aegra, prava, falsa et corrupta, imo Pe-
lagiana et Pharisaea, exurgere omnia, assurere non erubescit:
sed omnia haec falsa, absurdia, imo impudentia, mendacia sunt,
quaelonga refutatione non indigent. Nervosae er accurate,
pro more suo, contra hanc *Autoris sententiam* differit *Magni-
ficus D. D. LOESCHERVS* wofür in den unschuldigen Nachrichten
loc. supra iam citato: Tractetur, inquit, Ethica sacra, sed
characteres animorum, recessus mentis et consimiles doctrinae, et
iam ex naturali Ethica dextre adscendantur. Insuper initium
sanandae mentis a voluntate potissimum capiendum esse, do-
cet in *Med. ment.* p. 120. Sed peccat grauiter, cum haec sententia
crassissimorum errorum origo sit, et in primis Theologiae
repugnet. Quam in rem conferri meretur *Consummatissimi
Theologi*, et de Ecclesia puriori immortali cum laude promeriti, On.
D. FECHTII, Epistola, examini libell. *Licht und Recht* praefixa.
Non minus errans est sententia, quam de Physica fouet pag.
534. *Med. ment.* §. 32. Quae enim simul stare possunt, illa ma-
le

le sibi inuicem opponuntur, neque experientia Phisicae Mo-
saicae contradicit, quod ipsum demonstratu mihi iucundum
foret, nisi me breuem esse oporteret. Similiter in *Matthesin*
inuehitur *Langius*, eamque multa superuacua, imo et pluri-
ma exitiosa habere, in *Med. ment.* pag. 576. §. 42. proponit. Et
pag. 578. §. 45. Mathematicos plerumque in moralibus, maxime
autem in spiritualibus ac diuinis fluctuantes scepticos esse, affir-
mare non dubitat. De *Rhetorica* in specie uero *Topologia*, ae-
que inepte sentit *Auctor*, et Tropos atque schemata, etiam
sine notitia Rhetorices, per se nota esse putat: hinc in *Praefat.*
Germ. Grammaticae praemissa pag. 27. ita differit. *Wer es nicht zu-*
geben will, der stelle sich ein paar zenzische Weiber vor, oder bere
ihnen auf eine Vierel oder halb Stündlein zu: ich bin gewiss, er wer-
de erkennen, wie der zornige affect nicht viele Tropos und figuras
zurück lasse. En iudicium literato uiro prorsus indignum, et
studiosae iuuentuti pernoxium! Dolendum sane est, animos
descendi cupidosita seduicia Praeceptoribus caecis, et odio im-
pleri in bonas artes, quas tamensuino cum studio excolere de-
berent et exercere. Quod ad *Inuentionem* attinet, negat *Langius* pag. 581. *Med. ment.* eam sedem argumentorum esse, seu
de re quapiam dicturo argumenta suppeditare; unde subiun-
git in odium huius doctrinae. *Quid ergo sibi uult Inuentione Rhe-*
torica? inutilis immo nulla est. Quod ipsum discipulis suis ul-
terius confirmat in *Praefat. Germ. Grammat. praemissa*, pag. 29.
his uerbis: *Was inuentionem argumentorum betrifft, so lernet*
man die selbe nirgend weniger, als in der gemeinen Oratorie; Sin-
tem ab die selbe von keiner einzigen Disciplin oder Wissenschaft ei-
nentlich handelt, oder handlen kan. Was nun aber nicht von der
Artur und Beschaffenheit einer Sache handelt, wie mag mir das die
arhaftigen ideas, Gedancken oder argumenta davon an die Hand
I
geben

geben. Scilicet egregie differit *Langius*, et informari meretur
ab insimo discipulo Gymnasi in Doctrina de inuentione, quo-
modo Rhetores illam uelint habere intellectam, cum sic in-
eptum de ea ferat iudicium. Parim modo ipsam etiam dispo-
sitionem, de qua Rhetores praecepta haud contemnda tra-
dunt, *Langius* noster deridet, uti ex pag. 582. *Med. ment.* §. 52. ui-
dere est. Item *Pseudophilologos* et *Pseudocriticos* accusat p. 579. *Med.*
ment. §. 46. et 47. Inprinis uero *Systemata Theologiae*, tanquam
profana reicit, et Theologiam nostram maxima ex parte
spinoam, disputatricem ac macram, ueri succiac spiritus ex-
pertein esse dicit. Id quod pag. 473. §. 52. exemplo Theologiae
Positivae Acroamaticae Celeberrimi Dn. D. KOENIGII pro-
bare non erubescit, impudenter afferens, B. Virtutem nontan-
tum cum scholasticis simpliciter tricari, sed etiam magnam spinosae
Metaphysicae partem in paucula folia transumpsiisse. Quis non ob-
stupescit ad horrenda haec *Langii* mendacia? quis pius et sin-
cerus Euangelicus non execratur impia uerba, a spiritu ma-
litiae profecta? Obscurus homo et impudens Pietista, audet
Theologos immortalium Nominum, Chemnitium, Hunni-
um, Brentium, Hutterum, Hülsemannum, Danhauerum-
Calowium, Scherzerum, Lyserum, Schmidium, Deutschman-
nurn, Bebelium, Quenstedium, aliasque Viros Summos, qui
in hunc usque diem non sine solatio Ecclesiae, adhuc uiuant,
atro notare calculo, illorumque Labores Theologicos Sys-
tematicos, usui studiosae iuuentutis fideliter destinatos, dis-
plinam pectoribus clausam, et non nisi spinosis Dialeticis paten-
tem uocare. Vix credere possum, impudentiorem hominem
literatum orbem inter suos incolas unquam habuisse, uel
etiam habiturum esse. Denique etiam nec Studio Homiletico
parcit *Langius*, sed illo doctrinam Christianam nibil unquam in-
spiciens

prius, turpius, pestilentius, sanctaque sua gravitate indignius ba-
 bruisse friuole pag. 474. Med. ment. §. 54. nugatur. Sed longa
 est iniuria, longa calumniarum ambages, ac quo plures re-
 censentur, eo plures restant, ut cum Amplissimo Viro Dn. Christ.
 SCHMIDIO, Rectore Sondersb. Meritissimo in eruditior Programma-
 te contra Langium anno superiore edito, loquar. Hisce cras-
 sissimis erroribus, hactenus in medium productis, alii plures
 eiusdem pessimae notae subjungi possent, sed contenti eri-
 mus, siuel duos adhuc nominauerimus. Alter, et quidem
 notatu dignus, error est, quod praeter intellectum et voluntate-
 tem centrum quoddam mentis sive fundum interiore statu-
 tuat Langius. Ita enim pag. 490. Med. ment. §. 25. loquitur. Dei
 autem timore cum tangitur, diuinoque lumine cum perfunditur
 mens humana, afficitur imprimis intimum ac solidissimum mentis
 centrum, sive animaefundus interior, sedet ideis vacua, Deo aeter-
 no atriuni Sacra, eiusque lumini ac operationi patens, quam Sa-
 crae Literae vocant Spiritum. Haberem hic amplissimam contra-
 fanaticum hocce dogma differendi occasionem, sed superse-
 deo hoc labore, et L.B. potius ad eruditam et solidam disserta-
 tionem de MENTE DIVINA, Viri Excellentissimi Dn. Prof.
 SCHROOERI, remitto, in qua talia habentur, quae opinio-
 nem hanc periculosisssimam, firmissimis rationibus destru-
 unt ac euertunt. Alter vero Langii error est, quod passim
 Platonicum istud urget, dari cognitionem aliquam puram,
 sine ideis omnibus, res ipsas capientem, eamque esse mentis
 centro et animae fundo propriam. Quod dogmà et fanaticum
 et Pelagianisimum secum ferre grauiter monet Magni-
 ficus Dn. D. LOESCHER VS noster, in den unfculdigen Nach-
 richten ad annum 1704. pag. 413. cuius uerba erudita hic appo-
 nere lubet. Si per ideas intelligeret Langius imagines phantasie a

sensibus petit as, recte se res haberet, sed conceptus omnes, etiam ex Verbo Dei peritos et pueros, ab eo intelligi, in aprico est. Caveant ab hoc dogmate omnes solidae sapientiae studiosi, quod nullam ueri speciem habet, nisi, quod realem apprehensionem fidei, quae cognitionem conceptualem rei apprehensae non excludit cum' Platonis cognitione pura confundit. Periculose uero haec ab Auctore ad Theologiam applicantur, et pura ista cognitio rerum spiritualium ex experimentalis rerum spiritualium perceptione oria conceptibus omnibus ex Scriptura haustis, ut solidum uanet inutili, praefertur, ubi manifestam ueritatem eis ~~modo~~ ~~pro~~ committit, et fidei actionem, quae si in uoluntate, eiusdem actioni in intellectu opponit. Neque enim rerum fruictio, quae per fidem sit, est ipsa earum contemplatio, nec contemplationis gratia datur, aut conceptibus in Verbo Diuino datis opponi ullo modo debet. Quare ea, quae pag. 524. Med. mente, et seq. in Theologos Orthodoxorum conceptuum studiosos indiscriminatim effunduntur, recte sunt discernenda. Qui conceptibus ex S. Scriptura haustis contenti res ipsas simul capere nolunt, male agunt, sed et illi peccant, qui conceptus in Verbo Dei datos, per quos Deus in mente efficax esse uult, ab efficacia et rebus ipsis non soli sum separant, sed plane auferunt. Si fabricula conceptus sacros tollit (ita argutatur Auctor) restitui debent, neque ideo uani inutiles que dicendi sunt: Nec mors illos auferet, sed potius in uita aeternâ persicientur. Quo usq. dubio uacat, dari in Scriptura Sacra ueras rerum sacrarum ideas, eosque graniter peccat, qui earum studiosos (ideales Theologos nostro audiunt) perstringit et dannat. Haec sunt uerba Excellentissimi Theologi, quibus crassum istum Langii errorem solide aequet et accurate refutauit. Et digna omnino haec foret materia, quae contra Langium eiusque fratres, hinc inde haerentes, et latebras quaerentes, differentiatione peculiari expenderetur.

Lam

Iam ita argumentari lubet. Quiçunque damnat et deridet Praeceptores, Scholas, Logicam, Rheticam, Orationiam, Metaphysicam, Physicam, Mathematicam, Systemata Theologica, Studium Homileticum, aliaque utilissima sane, doctrinae genera, ille merito pro monstro horrendo Philosophico et infando Theologico habetur. Subfumo: Atqui *Ioachimus Langius* in aegritudine mentis damnat et deridet Praeceptores, Scholas, Logicam, Rheticam, Orationiam, Metaphysicam, Physicam, Systemata Theologica, Arthem Homileticam, aliaque utilissima Doctrinae genera. Ergo *Ioachimus Langius* merito pro monstro horrendo Philosophico et infando Theologico habetur. Fundamentum maioris propositionis immotum esse puto, cum sanus homo ea non faciat, quod facit *Langius*. Minor uero sium obtinet robur e scriptis *Langianis*, quae haec omnia probant et confirmant. Quid igitur de *Langio*, eiusque scriptis habendum sit, animaduertere facile est. Perplacet uero mihi iudicium, accuratum sane et eruditum, quod *Amplissimus Dn. Christoph. SCHMIDIVS Lyc. Sondersh. Rector*, in Programmate quodam supra iam laudato, de Medicina mentis tulit, his potissimum uerbis expressum. Non obuenit mibi forte, sed in manus tradita a super est Medicinamentis *Ioachimi Langii*, et tradita quidem est a discipulis interrogante, num hunc sibi librum utilem iudicare? et quia prius non uideram, perlegendum sumpsi, ut melius respondere possem. De lecto non potui iudicare aliter, quam cum esse pestilentem, nec aliter tractandum, quam uenenum, aut ueneno infectum solent h. e. caute, atque aut plane negligendum, aut si manibus tractetur, ne admoueat ori aut labris. Vtinam omnes Schola-

rum Rectores exemplum Doctissimi huius Viri sequerentur,
et studiosam iuuentutem fidei Praeceptorum fideliter man-
datam, grauiter hortarentur, ut *Langii Medicinam* nentis uel-
uti anguem fugerent, eiusque dogmata perniciosissima de-
testarentur.

L.

Antequam uero Dissertationi huic colophonem addam,
ad Te, me uero, mi *Joachime Langi*, et tibi a Patre Misericordia-
rum aeternoque Lumine sanam mentem et illuminatos oculos
ex animo appreco. In primis regat te Spiritu suo sancto
in facri tractatione studij, quod non cum ea reuerentia atque
ueritate, ut decet, hactenus in publicis docuisti scriptis, sed
iuxta peruersam et malitiosam mentem, potissimum crimi-
nationibus in Theologos, et odio in coelestem ueritatem ples-
nam, tradidisti. Imponat Diuina Bonitas hiſce malis et omni-
bus fanaficis erroribus, quos maleferiati homines hinc inde
fouent et promouent, finem exoptatum, iubeatque Ecclesiam
suam esse liberam a perniciosissimo Pietistarum genere, qui
gregem populumque Domini turbant, et ab rectiore via pios
et sinceros Christianos abducunt. Quod uero paulo duriori-
ous Te, mi *Langi!* in Dissertatione hac exceperim uerbis, non
mibi sed tibi ipſi imputa. Tua enim ſcriptione comprobasti, hu-
mano et moderato ſcriptionis genere, nihil apud te effici posse, ut
cum *Arplifffino* Dn. *R YMPAEO*, in *Prodrom. Dissertationum*
AntiLangianarum pag. 54. loquar. De cetero iucundum mihi
erit nullo non tempore ueritatem affertam defendere, et
contra infensissimos eius hostes illam mordicus tenere, ac
habebis me, *ms Langi*, non solum hic Vitembergae, sed et-

iam

iam relicta hac Celeberrima Academia , cum qua Deus
est , et nobiscum contra Fanaticos pugnat , Argentorati pa-
ratissimum , qui tuis contrā me formatis scriptionibus , si
quas sperare licet , intrepido animo ac prompto respondeam ;
et cum ueritate meam insimul dissertationem uindicem at-
que propugnem .

LI.

Et haec sunt , Amico Lector , quae cum Dn. Respon-
dente nostro sub examen Eruditorum publicum reuoca-
re uoluimus . Is autem est Nobilissimus Dominus Wolfgangus
Cispinus TROPPANNEGER , Patris Dresdenensis , bonarum li-
terarum et Philosophiae Cultor indefessus , itemq; auditor meus per-
carus , de quo non possum non amplissimam capere spem ,
fore , ut in Virtutum euadat tales , qui maximo cum fructu
Ecclesiae Christi prōdelle aliquando possit . Eapropter illa
Iusti Excellentissimog. PARENTI , Potentissimi Regis et E-
lectoris Saxonici Medico primario , et Consiliario de erudi-
to hoc Filio ex animo gratulor , et immortale ac Praepotens
Numendeuotis precib⁹ obtestor , ut pignus hoc carissimum
in Decus ac Ornamentum splendidissimae Familiae quam
diutissime conseruet , et indies Spiritus Sancti gratia
corroboret , donisque instruat largis . Sic fiet , ut , fi-
nit feliciter Laboribus Academicis a Summo VIRO DN. D.
D. PIPPINGIO Sacrorum in Aula Regia Electorali Saxonica
Antistite Primario et Consiliario Ecclesiastico Gra-
uissimo (quem Diuina Bonitas uniuersae Ecclesiae pu-
riori per longam annorum seriem omnibus Bonis cumu-
latum

latum superesse iubeat) dignus habeatur Noster ; qui
officio admoueatur tali, quod Eruditioni ac meritis ipsi-
us respondeat. Finimus ita , ac Triuni Deo Patri, Fi-
lio et Spiritui Sancto pro concessis uiribus Gra-
tias dicimus in secula nunquam terminanda

A M E N.



Ang.-Jg

VI-12.

ULB Halle
002 724 804

3



58

W 17

7



RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
FRIDERICO AVGVSTO
PRINCIPES REGIO, ATQVE ELECT. SAX.
HEREDE
EXERCITATIONEM ACADEMICAM
**MEDICINAE
MENTIS**
IOACHIMI LANGII
OPPOSITAM,
GRATIA DIVINA ANNVENTE
IN ILLVSTRI LEVCOREA
M. IO. IACOBO FERBERO
PRAESIDE
ARGENTORATensi
SS. THEOL. CAND. ET AMPLISS. ORD.
PHIL. ADIVNCTO
AD DIEM XXII. IVN. A. C. MDCCIX.
IN AUDITORIO MAIORI
PUBLICE DEFENDET
WOLFG. CASP. TROPPANNERGER
DRESDENSIS.
WITTEBERGAB Literis IO. MICH. GODERTSCHI.

33.

